

F. V. & G. A.

SATANÆ



EXORCISMVS

*Ex sacrarum litterarum fontibus, piæque sacros.
Ecclesie instituto exhaustus.*

AUTHORE

PETRO ANTONIO STAMPA,
Sacerdote Clauenense.

Cum Imase ad etam libri anno.



LEGDNI,

Sumptibus Claudij Landry.

M. D. C. C. X. V. I. I. I.
CVM PRIVILEGIO REGIS.

1945

1946

1947

1948

1949

1950



ALL' ILL^{MA} SIG.

MIA OSSERVANDISS.

LA SIG.

GINEVRA ALBERTI,
Vertema de Franchi.



*A*VE A Illust. Sig. raccolta per mio uso questo Essorcismo, per servirmene vices deuolemente con altri, che mi truouo di dotte, & esperte persone; il quale essendo visto da alcuni miei amici, e religiosi, & essendogli piacciuto, m'essorzorto che lo deuesi dar alla Stampa, perche giudicauano douesse portar giouamento al publico: Io, che da me non presumea farlo, quasi costretto da lor preghieri, incominciai à pensarui, tanto più, che niun altro (ch'io sappia) ha scritto Essorcismo in questo modo. Et ecco, che m'aiuiddi presentarmi commodà occasione di dimostrar quello, che già vn pezzo haueua desiderato, cioè vn segno di gratitudine, ma tale, che fosse perpetuo, e viuo à V. S. Ill. E subito deliberai mandarlo in essecutione, e

4
sodisfacendo al pio desiderio de gl' amici, & (come
spero) all' utile del prossimo, publicarlo sotto'l nome
suo. Et ciò meritamente certo, poiche oltre l'altre
belle qualità, che in lei risplendono con sua lode
(quali per modestia taccio) questa n'è una, che &
per consiglio, & altrimenti porge agiuto à quelle
povere persone, che patiscono quelle sorti d'infirmità,
per beneficio de quali è cōposto questo libro F V G A
S A T A N Æ: Ilqual à guisa di GINEVRO
che ogn'hor verdeggia, allitta con l'òbra sua i miseri
à quieto riposo, per la virtù, ch'ha contra i pestiferi
morsi de' venenosi serpenti. Sarà questo libro com-
modo, non solo, alli Esorcisti, ma utile ancora
ad ogni qualità di persone, poiche non sol cõttiene l'Es-
orcismo, ma contiene in se orationi commode da
dirsi in diuerse occasioni, che sò, ch' alle volte V.
S. doppò gli suoi soliti essercitij spirituali, & ordina-
rij, sene scruirà. Degnisi adunque accettar questo
dono con la solita sua amorevolezza, che quantun-
que non sia conforme alla grandezza sua, è però
grande rispetto alle mie forze. Et gli prego da N.
Sign. Iddio prospero successo de' suoi buoni desiderij.
Di Delebio il primo di Settembre, 1597.

De V. S. Ill.

Affectionatisß.

Prete Pier' Antonio Stampa,
Curato di Delebio.



F. IACOBI FRANCISCI
MALVAINI,



Novocomensis Lectoris, G.P.



*DOCTVM fertur ATYX tacitu sopisse
chelydos,
VMBRONE M. Q. truces perdo-
muisse feras.*

*Somnia quid memorant? solidam te perdocet artem
Qua valeas anguem pellere STAMPA ca-
frum.*

*Dardania ars cedat, tum cedant carmina Circei,
Medea cedant herba, venena quoque.*

IN SATANAM.

*Lusus verò, à VERBO animas qui lusus amissi
Corpora quim Feroc lingue, seque decet.*



PRESBYTERIS HIPPOLY-
TI PARAVICINI

EPIGRAMMA

DE FUGA SATANÆ.



VI VERBO *aversus*, VERBO de-
trusus in imas

Cocytii foveas, lucifer alta petens

Iam VERBUM exhorret victus

trepidatq; tremisque

Quo tam præcipiti vulnere stratus obit.


An horum Christi nè times obstare minister?

En quam tuta tibi Iacula S T A M P A parat.

His licet armatus truculentum inuade Draconem,

In stygia arripiet astra repente FUGAM.

EPIGRAM



EPIGRAMMA

IN FUGAM SATANÆ P. PRO-
SPERI AB ECCLESIA CV-
rati Trahonæ.

FORTE Flagello torqueri, nec Fuste perhorres
Daemon nunc cedas: ecce fugate FUGA.

Hac tibi nunc tandem sacris deprompta pagellis.

Aliud eiusdem ad Lectorem.

Insidias, qua damna parat mortalibus ægris,

Qua mala continuo Lucifer atra parit,

Accipies Lector animum si advertere curas.

Ad pia que luci dogmata STAMPA dedit.

COPIA.

Gli Illustriss. Sign. Capi dell' Illustr. Cons.
 di X. infra scritti, Hauuta fede dali Sign. Re-
 formatori del Studio di Padoua, per relatione
 dell' doi a ciò deputati, cioè del Reuerendo
 Padre Inquisitor, & del circ. Secretario del
 Senato Zuane Marauagia con giuramento
 che nel Libretto in ottauo, Stampato in Como
 l'anno 1597. intitulado Fuga Sathana E-
 xorcismus auctore Petro Antonio Stampa Sa-
 cerdote Clauenense, non si troua cosa contra
 le leggi, & sono degno di stampa, concedorro li-
 centia, che possino esser stampati in questa
 Città.

Dat. die 24. Maij 1605.

D. Donstantin. Renier	}	Capi del Eccelso
D. Zuane Marcello		Cons. di X.
G. Giacomo da Pesaro		

Illustr. Cons. X. Secret.
 Leonardus Otthobonus.

1605. a 27. Maggio Reg. in Lib. a c. 125.

Ant. Lauerd. Offic. cont.
 Blasph.



F V † G A

SATANÆ.



PETITIO VENIÆ PECCATORVM.

§. I.

DOMINE,

*Verf. Fac mecum signum in bonum, ut videant qui Psal. 85.
oderunt me.*

*Resp. Et confundantur, quoniam tu Domine adiuuisti
me, & consolatus es me.*

In nomine Patris, † Et Filij † Et Spiritus sancti.

Mat. 28.

Resp. Amen.

Pater noster, Ave Maria, & Credo.

Flexis genibus.

Stans Exorcista dicat:

Lectio Libri Sapientia:



MISERE nostri Deus omnium,
& respice nos, & ostende nobis lu-
cem miserationum tuarum: & immit-
te timorem tuum super gentes, quæ
non exquisierant te, ut cognoscant
quia non est Deus, nisi tu, & miraber

Eccli. 36.

mirabilia tua.

Psal. 40. V. Tu autem Domine miserere nostri,

1. Co. 15. R. Deo gratias.

Cum Exorcista legit Euangelium, signet se primo; Deinde frontem patientis, & dicat:

Lectio S. Euangelij secundum Matthæum.

Mat. 15.

In illo tempore: Egressus Iesus secessit in partes Tyri, & Sidonis. Et ecce mulier Chananæa à finibus illis egressa clamavit, dicens ei: Miserere mei Domine fili David, filia mea male à demonio vexatur; Qui non respondit ei verbum. Et accedentes discipuli eius rogabant eum, dicentes: Dimitte eam, quia clamat post nos. Ipse autem respondens ait: Non sum missus nisi ad oues, quæ perierant domus Israël. At illa venit, & adorauit eum, dicens: Domine adiuua me. Qui respondens ait: Non est bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus. At illa dixit: Etiam Domine, nam & catelli edunt de micis quæ cadunt de mensa dominorum suorum. Tunc respondens Iesus ait illi: O mulier, magna est fides tua; fiat tibi sicut vis. Et sanata est filia eius ex illa hora.

R. Laus tibi Christe.

Hic Exorcista faciat Cruces, signando obsessum, & dicat:

S. Eccles.

Pet Euangelica dicta, Extin ✠ guatur, dissi ✠ petur, & destru ✠ atur omnis malitia Diabolica.

In nomine Patris, ✠ Et Filij, ✠ Et Spiritus ✠ sancti,

Mat. 28.

Amen.

Et hoc seruetur, quotiescunque legitur Euangelium. Psalmus.

Psal. 50.

MISERERE mei Deus, secundum magnam misericordiam tuam.

4 Miserere mei, & exaudi orationem meam.

55 Miserere mei Deus, quoniam conculcauit me homo; tota die impugnans, tribulauit me.

40 Ego dixi, Domine miserere mei, sana animam meam, quia peccaui tibi.

56 Miserere mei Deus, miserere mei, quoniam in te confidit anima mea.

Deus misereatur nostri, & benedicat nobis; illuminet oculos
vultum suum super nos, & misereatur nostri.

Miserere mei Domine: vide humilitatem meam de inimicis
meis.

Miserere mei Domine, quoniam infirmus sum: sana me.

Domine, quoniam conturbata sunt omnia ossa mea.

Miserere mei Domine, quoniam tribulor: conturbatus
est in ira oculus meus, anima mea, & venter meus. 30

Aspice in me, & miserere mei, secundum iudicium dili-
gentium nomen tuum.

118

Miserere mei Domine, quoniam ad te clamaui tota die:
lætifica animam serui tui, quoniam ad te, Domine, 85
animam meam leuaui.

Miserere nostri Domine, miserere nostri, quia repleti
sumus despectione.

122

Sicut oculi ancillæ in manibus dominæ suæ, ita oculi
nostri ad Dominum Deum nostrum, donec misereatur
nostri. *Ibid.*

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto.

Sicut erat in principio, & nunc, & semper, & in sæcula
sæculorum. Amen.

*S. Eccles.
Eadem.*

Oratio dicatur flexis genibus.

OREMVS.

Ineffabilem misericordiam tuam Domine huic seruo *Ab Ec-*
tuo N. clementer ostendes vt simul eum, & à peccatis *clesia.*
omnibus exuas, & à pœnis quas pro his meretur eripias.
Per Christum Dominum nostrum. Amen.

EXPO

EXPOSITIO NECESSITATIS.

§. 2.

Lectio Isaiae Prophetae.

Cap. 2.



N v s deserti maris. Sicut turbines ab Aphrico veniunt, de deserto venit, de terra horribili. Visio dura nunciata est mihi: qui incredulus est, infideliter agit: & qui depopulator est, vastat. Propterea repleti sunt lumbi mei dolore: angustia possedit me, sicut angustia parturientis: corruui cum audirem, conturbatus sum cum viderem. Emarcuit cor meum, tenebrae stupefecerunt me: Tu autem Domine miserere nostri.

R. Deo gratias.

Lectio S. Evangelij secundum Ioannem.

Cap. 9.

IN illo tempore: Prae teiens Iesus vidit hominem caecum a natiuitate; & interrogauerunt eum discipuli eius: Rabbi, quis peccauit, hic, aut parentes eius, vt caecus nasceretur? Respondit Iesus: Neque hic peccauit, neque parentes eius: sed vt manifestentur opera Dei in illo.

S. Eccles. R. Laus tibi Christe.

Per Evangelica dicta, Extinguatur † O. v.

Psalm.

supra.

Psalmus

118
Zain.

Defectio tenuit me, pro peccatoribus derelinquentibus legem tuam.

118
Inet.

Coagulatum est sicut lac cor meum; ego vero legem tuam meditarus sum.

30

Infirmata est in paupertate virtus mea, & ossa mea conturbata sunt.

37

Cor meum conturbatum est: dereliquit me virtus mea, & lumen oculorum meorum non est mecum.

54

Timor, & tremor venerunt super me, & contexerunt me tenebrae.

Cor

- Cor meum conturbatum est in me, & formide mortis *Ibidem*
 cecidit super me.
- Dolores inferni circumdederunt me: preoccupauerunt
 me laqueis mortis. 114
- Circumdederunt me dolores mortis, & pericula inferni *Ibidem*
 inuenerunt me.
- Factum est cor meum, tanquam cera liquefcens, in me- 121
 dio ventris mei.
- Dissipata sunt ossa nostra secus infernum, quia ad te 140
 Domine, Domine oculi mei.
- Isatus sum in limo profundi, & non est substantia. 68
- Quoniam humiliata est in puluere anima nostra: con- 43
 glutinatus est in terra venter noster.
- Sicut aqua effusus sum, & dissipata sunt omnia of- 21
 fa mea.
- Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus, & non 37
 est scinitas in carne mea.
- Aruit tanquam testa virtus mea, & lingua mea ad- 21
 hæsit faucibus meis, & in puluerem mortis deduxi-
 si me.
- Factus sum tanquam vas perditura, quoniam audi- 30
 ui vituperationem multorum commorantium in cir-
 cuitu.
- Multiplicata est super me iniquitas superborum, ego 118
 autem in toto corde meo scrutabor mandata tua. *Theo.*
- Super omnes inimicos meos factus sum opprobrium vi- 30
 cinis meis valde, & timor notis meis.
- Laboravi clamans, rauca factæ sunt fauces meæ: defece- 68
 runt oculi mei, dum spero in Deum meum.
- Fæsi sumus opprobrium vicinis nostris, & illusio his, 72
 qui in circuitu nostro sunt.
- Multiplicati sunt super capillos capitis mei, qui ode- 68
 runt me gratis.
- Quia multum repleta est anima nostra: opprobrium a- 112
 bundantibus, & despectio superbis.
- Funes peccatorum circumplexi sunt me, & legem tuam 118
 non sum oblitus. *Heth.*
- Multiplicatae sunt super capillos capitis mei, & cor 39
 meum dereliquit me.
- Id eisdem conuenient simul aduersum me, accipere a- 30
 aliam meam consiliati sunt.

2 Föderunt manus meas, & pedes meos: dinumerauerunt omnia ossa mea.

123 Cùm irasceretur furor eorum in nos, forsitan aqua absorbuisset nos.

39 Quoniam circumdederunt me mala quorum non est numerus: comprehenderunt me iniquitates meæ, & non potui, vt viderem.

123 Cùm exurgerent homines in nos, ferrè viuos deglurissent nos.

79 Posuisti nos in contradictionem vicinis nostris: & inimici nostri subsanauerunt nos.

43 Dedisti nos tanquam oues escarum: & in gentibus distulisti nos.

Ibid. Posuisti nos opprobrium vicinis nostris: & inimici nostri subsanauerunt nos.

79 Dedisti nos tanquam oues escarum: & in gentibus distulisti nos.

Ibid. Posuisti nos opprobrium vicinis nostris: subsanationem & derisum his, qui in circuitu nostro sunt.

65 Induxisti nos in laqueum, posuisti tribulationes in dorso nostro: imposuisti homines super capita nostra.

Ibid. Quoniam probasti Deus: igne nos examinasti, sicut examinatur argentum.

30 Ego autem in te speraui Domine, dixi: Deus meus es tu: in manibus tuis sortes meæ.

5 Gloria Patri, & Filio &c.

Ecclesia. Sicut erat in principio &c.

vt supra. Flecte genua.

O R E M V S.

Oratio.

Ab Eccl. **P**reces famuli tui N. quæsumus Domine clementer exaudi, vt qui iustè pro peccatis suis affligitur, pro tui nominis gloria misericorditer liberetur.
 Per Christum Dominum nostrum, Amen.

EXPO

EXPONUNTUR INSIDIÆ DIABOLI.

S. 3.

Lectio Lib. Esther.



RAUIT Mardocheus ad Dominum Deum, dicens: Timui ne honorem Dei mei transferrem ad hominem, & ne quemquam adorarem, excepto Deo meo. Et nunc Domine Rex, Deus Abraham miserere populi tui, quia volunt nos inimici nostri perdere, & hereditatem tuam delere. Ne despicias partem tuam, quam redemisti tibi de Agypto. Exaudi deprecationem meam, & propitius esto forti, & funiculo tuo, & conuerte luctum nostrum in gaudium, ut viuentes laudemus nomen tuum Domine, & ne claudas ora te cæquentium. Tu autem Domine miserere nostri.

Esth. 13

Psal. 40.

1. Co. 12.

R. Deo gratias.

Lectio S. Evangelij secundam Lucam:

Cum immundus spiritus exierit de homine, ambulat per loca inaquosa, querens requiem: & non inueniens dicit: Reuertar in domum meam, vnde exiui. Et cum venierit, inuenit eam scopis mundatam, & ornatam. Tunc vadit, & assumit septem alios spiritus nequiores se, & ingressi habitant ibi. Et fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus.

Luc. 11

R. Laus tibi Christe, ut supra.

Per Evangelica dicta, ut supra, fol. 10.

Dicto Evangelio sedeat Exorcista, & capite cooperito dicat, Psalmus.

Obseruabit peccator iustum: & stridebit super eum dentibus suis.

Psal. 36.

Dixit inimicus, persequar, & comprehendam diuidam spolia, implebitur anima mea.

Cant.

Moz.

Vt

- Psal.* 36 Ut deficiant pauperem, & inopem: vt trucident rectos corde.
- 118 Superbi iniquè agebant vsquequaque: à lege autem tua *Zayn.* non declinaui.
- Psal.* 40 Aduersum me susurrabant omnes inimici mei: aduersum me cogitabant mala mihi.
- 30 In eodum conuenirent simul aduersum me, accipere animam meam consiliati sunt.
- 11 In circuitu impij ambulant: secundum altitudinem tuam multiplicasti filios hominum.
- 36 Considerat peccator iustum, & quærit mortificare eum.
- 40 Etenim homo pacis mex, in quo sperabam: qui comedebat panem meum, magnificauit super me supplantationem.
- 55 Conculcauerunt me inimici mei tota die, quoniã multi bellantes aduersum me.
- 61 Veruntamen pretium meum cogitauerunt repellere, caccuri in siti: ore suo benedicebãt, & corde suo maledicebant.
- 37 Inimici mei viuunt, & infirmati sunt super me: & multiplicati sunt, qui oderunt me iniquè.
- 41 Dum confringuntur ossa mea exprobrauerunt mihi, qui tribulant, me inimici mei.
- Ibidem* Dum dicunt mihi per singulos dies: Vbi est Deus tuus?
- 40 Inimici mei dixerunt mala mihi: quando morietur, & peribit nomen eius.
- 11 Qui dixerunt: Linguam nostram magnificabimus, labia nostra à nobis sunt.
- Quis noster Dominus est?
- 40 Verbum iniquum constituerunt aduersum me: anquid qui dormit non adiciet vt resurgat?
- 139 Auerunt linguas suas sicut serpentes, venenum aspersionem sub labijs eorum.
- 63 Exaceruerunt vt gladium linguas suas; intenderunt arcum rem amaram, vt sagittent in occultis immaculatum.
- 56 Laqueum parauerunt pedibus meis, & incuruauerunt animam meam.
- 139 Et funes extenderunt in laqueum: iuxta iter scandalum posuerunt mihi.
- 141 In via hac qua ambulabam, absconderunt laqueum mihi.
- 143 Quorum os loquutum est vanitatem: dextera eorum dextera

dextera iniquitatis.

Circumdederunt me sicut apes, & exarserunt sicut ignis 117
in spinis.

Filij hominum dentes eorum, arma, & sagittæ, & lingua 36
eorum gladius acutus.

Gladium euaginauerunt peccatores: intenderunt arcum 36
suum, vt decipiant pauperem, & inopem, & trucident
rectos corde.

Dominus autem non derelinquet eum. N. in manibus *bid.*
eius, nec damnabit eum cum iudicabitur illi.

Oratio, & dicatur genibus flexis.

O R E M V S.

DEVS, qui hunc famulum tuum N. in tantis pericu- *Ab Eccle*
lis constitutum, pro humana scis fragilitate non *lia.*
posse subsistere. Da ei salutem mentis, & corporis, vt ea,
quæ pro peccatis suis patitur, te adiuvante vincat. Per
Christum Dominum nostrum. Amen.

M A L A

Q V Æ D Æ M O N E

O P E R A N T V R.

§. 4.

Lectio Libri Job.

VA D A M die, cum venissent filij Dei, vt *Job.*
assisterent coram Domino, affuit inter eos etiã
Satan. Cui dixit Dominus: Unde venis? Qui res-
pondens, ait: Circuivi terram, & perambulavi eã. Dixitque
Dominus ad eum: Nunquid considerasti seruum meum
Job, quod non sit ei similis in terra? Cui respondens Sa-
tan, ait: Nunquid Job frustra timet Deum? nonne tu val-
lasti eum, ac domum eius, vniuersamque substantiã per
circuitum, operibus manuum eius benedixisti, & posses-
sio eius creuit in terra? Sed extende paululum manum
tuam, & tange cuncta quæ possidet, nisi in faciem be-

nedixerit tibi. Dixit ergo Dominus ad Satan: Ecce, uer-
uerſa quæ habet in manu tua ſunt, tantum in cura ne
extendas manum tuam. Egreſſusque eſt Satan à facie
Domini.

Leſtio S. Euangelij ſecundum

Ioannem.

Io. 8. 15.

In illo tempore: Dixit Ieſus Diſcipulis ſuis: ſi **un-**
deus vos odit; ſcitate quia me priorem vobis odio ha-
bit. Si de mundo fuiſſetis, mundus quod ſuum erat
diligeret: quia verò de mundo non eſtis, ſed ego elegi
vos de mundo, propterea odit vos mundus. Memento-
ret ſermonis mei, quem ego dixi vobis: Non eſt ſeruus ma-
ior domino ſuo, ſi me perſequuti ſunt, & vos perſe-
quentur.

Reſp. Laus tibi Chriſte.

Per Euangelica, &c. vi ſuprà.

fol. 10.

Pſalmus.

Pſal. 118.

Lamed.

Ibid.

Ceph.

ME expectauerunt peccatores, vt perderent me: te-
ſtimonia tua intellexi.

Appropinquauerunt perſequentes me iniquitati: à lege
autem tua longe facti ſunt.

Quorum os maledictione, & amaritudine plenum eſt,
veloces pedes eorum ad effundendum ſanguinem.

Multi, qui perſequuntur me, & tribulant me: à testi-
moniis tuis non declinaui.

Res.

Dum appropiant ſuper me nocentes, vt edant carnes
meas.

26

54

Quoniam nequitie in habitaculis eorum: in medio co-
rum.

Inimici mei animam meam circūcederunt, ad ipſam
ſuum concluderunt: os eorum locutum eſt ſuperbiã.

16

Proſicientes me nunc circūcederunt me: oculos ſuos
ſtatuērunt declinare in terram.

Ibid.

Suſceperunt me ſicut leo paratus ad prædam, & ſicut
caralus leonis habitans in abditis.

70

Dicentes, Deus dereliquit eum: perſequimini, & com-
prehendite eum quia non eſt, qui eripiat.

10

Quoniam ecce peccatores intenderunt arcum, paraue-
runt ſagittas ſuas in pharetra, vt ſagittent in obſcu-
ro recto corda.

In qua

In quorum manibus iniquitates sunt: dextera eorum repleta est muneribus.

Circumdederunt me vituli multi: tauri pingues obsederunt me.

Aperuerunt super me os suum, sicut leo rapiens, & ruginens.

Sæpe expugnaverunt me à iuuentute mea, dicat nunc Israël.

Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores: prolongauerunt iniquitatem suam.

Sæpe expugnaverunt me à iuuentute mea: etenim non potuerunt mihi.

Eleva oculos.

Tu verò Deus, de laces eos in puteum interitus.

Oratio genibus flexis.

OREMUS.

DA quæsumus omnipotens Deus, ut hic famulus tuus N. qui in tot aduersis ex sua infirmitate deficit, intercedente vnigeniti filij tui passione, respiret. Per Christum Dominum, &c.

POSTULAT EXORCISTA A V X I - lium à Deo pro se, & pro patiente.

§. 5.

Lectio Libri Tobie.



In diebus illis orauit Sara filia Raguelis ad Dominum, dicens: Benedictum est nomen tuum, Deus patrum nostrorum. Qui cum iratus fueris, misericordiam facies, & in tempore tribulationis peccata dimittis, his qui inuocant te. Ad te Domine faciem meam conuerto, ad te oculos meos

Tob. 13.

dirigo, Peto Domine, vt de vinculo, improprij huius
absoluas me.

Iero. 11. **V.** Tu autem Domine Sabaoth, qui iudicas iuste, &
probas renes, & corda.

R. Videam vltionem tuam ex eis: tibi enim reuelant
causam meam.

Lectio S. Euangelij secundum

Mattheum.

Matt. 10 **I**n illo tempore: Conuocatis Iesus duodecim discipulis
suis, dedit illis potestatem spirituum immundorum:
vt eicerent eos, & curarent omnem languorem, & om-
nem infirmitatem.

R. Laus tibi Christe.

Per Euangelica dicta, &c. vt supra. fol. 10.

Psalms.

Psal. 69. **D**eus in adiutorium meum intende.

Domine ad adiuuandum me festina.

7 Domine Deus meus in te sperauit: saluum me fac ex om-
nibus persecuentibus me, & libera me.

3 Domine deduc me in iustitia tua: propter inimicos meos
dirige in conspectu tuo viam meam.

119 Domine libera animam meam à labiis iniquis, & à lingua
dolosà.

143 Domine inclina cœlos tuos & descende: tange montes
& fumigabunt.

Ibidem. Domine, qui est homo, quia innouisti ei: aut filius ho-
minis, quia reputas eum.

53 Deus in nomine tuo saluum me fac, & in virtute tua li-
bera me.

12 Illumina oculos meos, ne vnquam obdormiam in mor-
te: nequando dicat inimicus meus, Præualui aduersus
eum.

63 Exurge Deus, iudica causam tuam: memor esto impro-
periorum tuorum, eorum quæ ab insipiente sunt tota
die.

76 Exurge Domine: præueni eum, & supplanta eum: eripe
animam meam ab impio, frameam tuam ab inimicis
manus tue.

41 Exurge Domine, adiuua nos, & libera nos propter no-
men tuum.

Emitte

- Emitte manum tuam: de alto eripe me, & libera me de aquis multis, & de manu filiorum alienorum. 143
 Custodi me à laqueo, quem statuerunt mihi, & à scandalis operantium iniquitatem. 140
 Ne tradideris me in animas tribulantiam me: quoniam insurrexerunt in me testes iniqui, & mentita est iniquitas sibi. 16
 Aufer à me opprobrium & contemptum, quia testimonia tua exquisiui. 118 *Gimels*
 Amputa opprobrium meum, quod suscipiatus sum, quia iudicia tua iucunda. *Ibid.*
 Erue à framea Deus animam meam, & de manu catiſ unicam meam. *He.*
 Salua me ex ore leonis, & à cornibus unicornium humilitatem meam. 21
 Libera me de sanguinibus Deus. Deus salutis meæ, & exultabit lingua mea iustitiam tuam. 50
 Libera me à persequentibus me, quia confortati sunt super me. 241
 Redime me à calumniis hominum, vt custodiam mandata tua. *Psal. 118.*
 Non me demergat tempeſtas aquæ: Neque absorbeat me profundum, neque vigeat super me puteus os suum. 68
 Ne tradas bestiis animas confitentes tibi: & animas pauperum tuorum ne obliuiscaris in finem. 73
 Ne perdas cum impiis Deus animam meam & cum vitis sanguinum vitam meam. 23
 Neque irideant me inimici mei; etenim vniuersi qui sustinent te, non confundentur. 24
 Ne auertatur humilis factus confusus: pauper, & inops laudabunt nomen tuum. 73
 A resistentibus dexterae tuae custodi me: vt pupillam oculi sub vmbra alarum tuarum protege me. 16
 Qui tribulant me exultabunt, si morus sacro: ego autem in misericordia tua speraui. 12
 Respice inimicos meos, quoniam multiplicati sunt, & odio laqueo oderunt me. 24
 Auerte mala inimicis meis, & in veritate tua disperde illos. 53
 Contere brachium peccatoris, & maligni quæresur. 9

catum illius & non inuenietur.

78. Usquequo Domine irasceris in finem : accendetur velut ignis zelus tuus.
73. Usquequo improperabit inimicus: irritat aduersarius nomen tuum in finem.
12. Usquequo exaltabitur inimicus meus super me. Respice, & exaudi me, Domine Deus meus.
73. Ut quid auertis manum tuam, & dexteram tuam, de medio sinu tuo in finem.
85. Fac mecum signum † in bonum, ut videant qui oderunt me, & confundantur, quoniam tu Domine adiuuisti me, & consolatus es me.
113. Super misericordia tua, & veritate tua, nequando dicant gentes, Vbi est Deus eorum.
7. Ne quando rapiat ut leo, animam meam, dum non est, qui redimat, neque qui saluam faciat.
78. Effunde iram tuam in gentes, qui te non nouerunt, & in regna, quæ nomen tuum non inuocauerunt.
- Ibid.* Ne fortè dicant in gentibus, Vbi est Deus eorum, & innotescat in nationibus coram oculis nostris.
- Ibid.* Vltio sanguinis seruorum tuorum, qui effusus est intreat in conspectu tuo gemitus compeditorum.
27. Da illis secundùm opera eorum, & secundùm nequitiam adinventionem ipsorum.
- Ibid.* Secundùm opera manuum eorum tribue illis : redde retributionem eorum ipsis.
20. Pone eos ut clybanum ignis, in tempore vultus tui: Dominus in ira sua conturbabit eos, & deuorabit eos ignis.
- Ibid.* Fructum eorum de terra perdes, & semen eorum à filiis hominum.
54. Præcipita Domine: diuide linguas eorum, quoniam vidi iniquitatem, & contradictionem in ciuitate.
58. Disperge illos in virtute tua, & depone eos protector meus Domine.
2. Rege eos in virga ferrea, & tamquam vas figuli confringe eos.
67. Dissipa gentes quæ bella volunt: effunde super eos iram tuam, & furor iræ tuæ comprehendat eos.
63. Fulgura coruscationem † & dissipabis eos: emitte sagittas † tuas, & conturbabis eos.

Oratio flexis genibus.

Deus refugium nostrum, & virtus; adesto piis famulorum tuorum precibus, auctor ipse pietatis, & præsta; ut quod fideliter petimus, efficaciter consequamur. Per Dominum nostram Iesum Christum. *Ab Eccl.*

QVID FACIET DEVS IN AUXILIUM oppressorum.

§. 6.

Lectio Isaie Prophete.

QUOMODO cecidisti de caelo lucifer, qui mane oriebaris? Corruisti in terram qui vulnerabas gentes? qui dicebas in corde tuo: In caelum conscendam super astra Dei exaltabo solium meum: sedebo in monte testamenti, in lateribus Aquilonis. Ascendam super altitudinem nubium, similis ero Altissimo. Veruntamen ad infernum detraheris in profundum laci. Qui te viderint, ad te inclinabuntur, teque prospicient. Nunquid iste est vir, qui conturbavit terram, qui concussit regna? *Isa. 14.*

Surgat exercista, & dicat:

V. Tu autem Domine miserere nostri.

Psalm. 10.

R. Deo gratias.

*1. Cor. 13**Lectio S. Evangelij secundum Lucam.*

IN illo tempore: Erat Iesus eiciens Dæmonium, & illud erat mutum; & cum eiecisset dæmonium, loquutus est mutus, & admiratae sunt turbae. *Luc. 11.*

U. Gloria tibi Domine. *ut supra.*

S. Eccl.

Per Evangelica, &c. ut supra. fol. 10.

Psalmus.

Dixit Dominus Domino meo, Sede à dextris meis. Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. *167*

Psalmus

- Exod. 13.* **Dextera tua Domine magnificata est in fortitudine dextera tua Domine percussit inimicum, & in multitudine gloriæ tuæ deposuisti aduersarios tuos.**
- 17** Præ fulgore in conspectu eius nubes transferunt, grando & carbones ignis.
- 75** Illuminans tu mirabiliter à montibus æternis, turbati sunt omnes insipientes corde.
- Ibid.* **Tu terribilis es, & quis resistet tibi? ex tunc ira tua.**
- 9** Inimici defecerunt frumæ in finem & ciuitates eorum destruxisti.
- 72** Veruntamen propter dolos posuisti eis: deiecisti eos dum alleuantur.
- 77** Excitatus est tanquam dormiens Dominus, tanquam potens crapuiatus à vino.
- 67** Et percussit inimicos suos in posteriora: opprobrium sempiternum dedit illis.
- 17** Posuit tenebras latibulum suum, in circuitu eius tabernaculum eius: tenebrosa aqua in nubibus æris.
- 7** Parauit vasa mortis, sagittas suas ardentibus effecit.
- 75** Ibi confregit potentias, arcum, scutum, gladium, & bellum.
- 9** Increpasti gentes, & perit impius: nomen eorum delecti in æternum, & in sæculum sæculi.
- 118** Increpasti superbos: maledicti, qui declinant à mandatis tuis.
- Gimel.* **73** Tu confregisti capita draconis: dedisti eum escam populis Aethiopum.
- Ibid.* **Tu dirupisti fontes, & torrentes: tu siccasti fluuios Ephas.**
- 144** Alleuat Dominus omnes, qui corruunt: & erigit omnes elisos.
- Ibid.* **Custodit Dominus omnes diligentes se: & omnes peccatores disperdet.**
- 145** Dominus soluit compeditos: Dominus illuminat cæcos.
- Ibid.* **Dominus erigit elisos: Dominus illuminat cæcos, & vias peccatorum disperdet.**
- 32** Dominus dissipat consilia gentium, reprobatur autem cogitationes populorum, & reprobatur consilia principum.
- 52** Quoniã Deus dissipauit ossa eorũ, qui hominibus placet.

Qui habitat in caelis iridebit eos, & Dominus subsan- 2
nabit eos.

Vox Domini confriagentis cedros: & confringet Domi- 28
nus cedros Libani.

Et comminuet eos tanquam virgula Libani, & dilectus *Ibid.*
quemadmodum filius vnicornium.

Arcum conteret, & confringet arma, & scuta combu- 45
ret igni.

Deus conteret dentes eorum in ore ipsorum: molas leo- 57
num confringet Dominus.

Dominus iustus concidit ceruices peccatorum: confun- 128
dantur, & conuertantur terrorum omnes qui ode-
runt Sion.

Virum sanguinum, & dolosum abominabitur Dominus: 5
ego autem in multitudine misericordiae tuae introibo
in domum tuam: adorabo ad templum sanctum
tuum, & confitebor nomini tuo.

Dominus iridebit eum, quoniam prospicit quod veniet 16
dies eius.

Immittet Angelus Domini in circuitu timentium eum, 33
& eripiet eos.

Velut somnium surgentium Domine, in ciuitate tua 72
imaginem ipsorum ad nihilum rediges.

Quoniam non intellexerunt opera Domini: & in ope- 27
ra manuum eius destrues illos, & non edificabis eos.

Statuit ea in aeternum, & in saeculum saeculi: praeceptum 148
posuit, & non praeterbit.

Quia ipse dixit, & facta sunt: ipse mandauit, & crea- *Ibid.*
ta sunt.

Oratio flexis genibus.

DEVS, qui diligentibus te bona inuisibilia prepara- *Ab Ecclē*
sti, infunde cordi huius famuli tui N. amoris af- *fectu.*
fectum, vt te in omnibus, & super omnia diligens; pro-
missiones tuas, quae omne desiderium superant, conse-
quatur. Per Dominum nostrum, &c.

DEPRECATIO AD DEVM in auxilium contra Dæmones, & cooperantes.

§. 7.

Exorcista stans dicat:

Lectio B. Pauli Apostoli.

Heb. 4.

FRATRES, Adeamus cum fiducia ad thronum gratiæ eius, vt misericordiam consequamur, & gratiam inueniamus in auxilio opportuno.

Psal. 40.

¶ Tu autem Domine miserere nostri.

1. Cor. 15

R. Deo gratias.

Lectio S. Euangely secundum Lucam.

Luc. 11.

IN illo tempore. Dixit Iesus discipulis suis, Petite, & dabitur vobis: quærite, & inuenietis: pulsate, & aperietur vobis. Omnis enim qui petit, accipit; & qui quærit, inuenit, & pulsanti aperietur.

R. Laus tibi Christe.

Per Euangelica dicta, &c. vt supra. fol. 10.

Exorcista flectat genua, & ad Deum dicat:

Psalmus.

- 63 **E**Xaudi Deus orationem meam cum deprecor: à timore inimici eripe animam meam.
- 143 **E**mitte manum tuam de alto: eripe me, & libera me de aquis multis, & de manu filiorum alienorum.
- 60 **E**xaudi Deus deprecationem meam: intende orationi meæ.
- 125 **C**onuerte Domine captiuitatem nostram, sicut torrens in iustio.
- 78 **E**ffunde iram tuam in gentes quæ te non nouerunt, & in regna quæ nomen tuum non inuocauerunt.
- 79 **I**ncensa igni, & suffosa ab increpatione vultus sui peribunt.

Sicut

Sicut ignis qui comburit syluam: & sicut flamma comburens montes. 82

Imple facies eorum ignominia; & euerseat nomen tuum Domine. *Ibid.*

Deus meus pone illos vt rotam, & sicut stipulam ante faciem. *Ibid.*

Et cognoscant, quia nomen tibi Dominus: tu solus Altissimus in omni terra. *Ibid.*

Ne quando dicant in gentibus, Vbi est Deus eorum? 78

Ne dicant in cordibus suis, Fuge, Fuge, animæ nostræ. 34

Nec dicant, Deuorabimus eum. *Ibid.*

Educis me de laqueo hoc, quem absconderunt mihi, quoniam tu es prætor meus. 30

Ita persequens illos in tempestate tua † & in ira tua turbabis eos. 81

Oratio flectis genibus.

DEVS infirmitatis humanæ singulare præsidium, auxiliator super optimum famulum tuum ostēde virtutem vt obē misericordiæ tuæ adiutus, Ecclesiæ tuæ sanctæ incolumis representari mereatur. Per Christum Dominum nostrum, Amen.

S. Eccles.

EXORCIZATIO

SVPER INFIRMVM.

§. 8.

Exorcista sedens dicat.

Lectio Isaïæ Prophetæ.



NVN QV I D tolletur à forti præda; aut quod captum fuerit à robusto, saluum esse poterit? Quia hæc dicit Dominus: Equidem, & captiuitas à forti tolletur, & quod ablatum fuerit à robusto, saluabitur. Eos verò qui iudicauerunt te, ego iudicabo, & filios tuos ego saluabo. Et cibabo hostes tuos caribus suis.

Isaia. 49

Isa.

suis, & quasi musto, sanguine suo inebriabuntur. Et
sciet omnis caro, quia ego Dominus saluans te, & re-
demptor tuus fortis Iacob.

Psal. 40. 7. Tu autem Domine miserere nostri.

1. Cor. 15. 22. Deo gratias.

Exorcista stans dicat:

*Lectio S. Euangelij secun-
dum Lucam.*

Luc. 11. **I**N illo tempore, dixit Iesus, Cùm fortis armatus cu-
stodiat atrium suum, in pace sunt ea, quæ possidet. Si
autem fortior eo superueniens vicerit eum, vniuersa
arma eius auferet, in quibus confidebat, & spolia eius
distribuet.

R. Laus tibi Christe.

Per Euangelica dicta, ut supra fol. 10.

*Sedeat Exorcista, & versus pa-
tientem dicat:*

Psal. 36. **E**Xpecta Dominum N. & custodi viam eius, & exal-
tabit te; vt hæreditas capias terram, cùm perie-
rint peccatores videbis.

42. Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi, salutare
vultus mei, & Deus meus.

26. Expecta Dominum, viriliter age, & confortetur cor tuum,
& sustine Dominum.

34. Iacta super Dominum curam tuam, & ipse te enutriet, &
non dabit in æternum fluctuationem iusto.

90. Super aspidem, & basiliscum ambulabis, & conculcabis
leonem, & draconem.

90. Quoniam Angelis suis mandauit de te, vt custodiant te
in omnibus viis tuis.

1. Et erit N. tanquam lignum, quod plantatum est secus
decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tem-
pore suo.

110. *Ibid.* Per diem sol non uret te, neque luna per noctem.
Dominus custodit te ab omni malo: custodiat animam
tuam Dominus.

Ibid. Dominus custodiat introitum tuum, & exitum tuum, ex-
hoc nunc, & vsque in sæculum.

Sento circumdabit te veritas eius : non timebis à timore nocturno. 90

Eccè non dormitabit, neque dormiet, qui custodit Israël. 120
A sagitta volante in die, à negotio perambulante in tenebris, ab incurſu, & dæmonio meridiano. 90

Custodit Dominus omnia ossa eorum, vnus ex his non conteretur. 33

Versus patientem, dic:

Exaudiat te Dominus in die tribulationis : protegat te nomen Dei Iacob. 19

Mittat tibi auxilium de Sancto, & de Syon tueatur te. *Ibid.*
Memor sit omnis sacrificij tui, & holocaustum tuum pingue fiat. *Ibid.*

Impleat Dominus omnes petitiones tuas : nunc cogro- *Ibid.*
ui quoniam saluam fecit Dominus Christum suum.

Non det in commotionem pedem tuum, neque dormitet qui custodit te. 130

Signatum est super nos lumen vultus tui Domine, dedisti lætitiã in corde meo. 4

Non sic impij, non sic, sed tanquam puluis, quam proiecit ventus à facie terræ.

Oratio flexis genibus.

O Maipotens sempiternæ Deus, salus æterna credentium, exaudi nos pro infirmo famulo tuo N. pro quo misericordiæ tuæ inploramus auxilium : vt reddita sibi sanitate, gratiarum tibi in Ecclesia tua referat actiones. Per Christum Dominum nostrum, Amen. *I. Ezech.*

ENVMERANTVR MALA QVÆ

Dæmonibus, & eorum ministris ventura sunt. §. 9.

Sede.

Leclio Libri Iob.



Ioc scio à principio, ex quo positus est homo super terram, Quod laus impiorum breuis sit, gaudium hypocritæ ad instar puncti. *Iob. 20.*
si ascenderit vsque ad cælum superbia eius,

& ca

& caput eius nubes tetigerit, quasi sterquilinum in fine perdetur, & qui eum viderant dicent, Vbi est? Velut somnium auolans non inuenietur, transiet sicut visio nocturna. Oculus, qui eum viderat, non videbit, neque ultra intuebitur eum locus suus.

Psal. 40. V. Tu autem Domine miserere nostri.

1. Cor. 15. B. Deo gratias.

LECTIO S. Euangelij secundum Lucam.

Luc. 14. **I**N illo tempore surgens Iesus de synagoga, introiit in domum Simonis, Socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus, & rogauerant illum pro ea: Et stans super illam imperauit febrī, & dimisit illam. Et continuo surgens ministrabat illis. Cū sol autem occidisset, omnes qui habebant infirmos variis languoribus, ducebant illos ad Iesum. At ille singulis manus imponens curabat eos. Exibant autem dæmonia a multis, clamantia, & dicentia, Quia tu es filius Dei.

B. Laus tibi Christe.

Per Euangelica dista, prout supra. fol. 10.

Sedeat Exorcista.

Psalmus.

Psalmus. 26. **Q**ui tribulant me inimici mei, ipsi infirmati sunt, & ceciderunt.

1. Reg. 2. Arcus fortium superatus est, & infirmi accincti sunt robore.

Psalm. 9. Perit memoria eorum cum sonitu, & Dominus in æternum permanet.

13 Contritio, & infelicitas in viis eorum, & viam pacis non cognouerunt: non est timor Dei ante oculos eorum.

14 Ad nihilum deductus est in conspectu eius malignus, timentes autem Dominum glorificat.

48 Sicut oves in inferno positi sunt, mors depascet eos.

7 Lacum aperuit, & effodit eum: & incidit in foueam, quam fecit.

9 In laqueo isto, quem absconderunt, comprehensus est pes eorum.

16 Foderunt ante faciem meam foueam, & inciderunt in eam.

Ibi ecciderunt qui operantur iniquitatem : expuls sunt, nec poterunt stare. 33

Sagittæ paruulorum factæ sunt plagæ eorum, & infirmitatæ sunt contra eos linguæ eorum. 67

Scrutati sunt iniquitates : defecerunt scrutantes scrutiny. *Ibid.*

Ipsi verò in vanum quæsierunt animam meam : introibunt in inferiora terræ : tradentur in manus gladij, partes vulpium erunt. 82

Dum superbit impius, incenditur pauper, comprehenduntur in consilijs, quibus cogitant. 9

Homo vanitati similis factus est : dies eius sicut umbra præterierunt. 143

Animi verò Domini mox ut honorificati fuerint, & exaltati, deficientes tanquàm fumus deficient. 36

Iniusti punientur, & semen impiorum peribit. *Ibid.*

Et dominabuntur eorum iusti in matutino, & auxilium eorum veterasces. 48

Vir linguosus non dirigetur in terra : virum iniustum mala capient interitu. 139

Viri sanguinem & dolosi non dimidiabunt dies suos. 54

Quoniam tanquàm focum velociter ardeat, & quæ admodum olera herbarum cito decident. 36

Pluet super peccatores laqueos ignis, & sulphur procellæ pars calicis eorum. 1

Conuertentur ad vesperam, & famem patientur vt canes, & c. recumbunt civitatem. 58

Impij in tenebris conticescent : cadent super eos carbones; in ignem deficiet eos; in miserijs non subsistent. *1. Reg. 1. Ps. 139.*

Quoniam qui mali nantur exterminabuntur, sustinentes autem Dominum, ipsi hæreditabunt terram. 36

Caput circuitus eorum : labor labiorum suorum operiet eos. 139

Cadent in reticulo eius peccatores : singulariter sum ego, donec transeam. 140

Coagulatum est sicut lac cor eorum, ego verò legem tuam meditatus sum. 118

Ad nihilum devenient tanquàm aqua decurrens : intendit arcum suum, donec infirmetur. 57

Peccator videbit, & irascetur : dentibus suis fremet & tabescet; desiderium peccatorum peribit. 111

- 7. Conterteretur dolor eius, in caput eius, & in verticem ipsius iniquitas eius descendet.
- 39. Et custodia in nocte, quæ pro nihilo habentur, eorum anni erunt.
- Dicitur:* 31. Ignis succensus est in furore meo, & ardebit vsque ad inferi nouissima.
- 32. Veruntamen vniuersa vanitas, omnis homo viuens.
- 48. Hæc via illorum scandalum ipsis, & postea in ore suo complacent.
- 56. Vidi impium superexaltatum, & eleuatum sicut cedros Libani, & transiui, & ecce non erat.
- 17. Ipsi obligari sunt, & ceciderunt, nos autem surreximus, & erecti sumus.
- 47. Ipsi videntes sic admirati sunt, conturbati sunt, commoti sunt, tremor apprehendit eos.
- 113. Similes illis fiant qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis.
- 105. Et dicet omnis populus: Fiat, fiat, fiat. Amen, Amen, Amen.

Oratio flexis genibus.

*Ab Eccl.
Auctor.*

DEVS qui B. Petrum à vinculis absolutum illæsum abire fecisti, famuli tui N. in beneficiorum constituis vincula absolue & cum ipsius meritis illæsum abire concede. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

PRÆPARATIO EXORCISTÆ.

Cum auxilio Dei, ad inuehendum
contra dæmones.

§. 10.

Stans Exorcista dicat:

Lectio Libri Sap.

Ecclesiastici.



ALEVA Deus (dicit Ecclesiastes) manum tuam super gentes alienas, vt videant potentiam tuam. Sicut enim in conspectu eorum sanctificatus es in nobis, sic in conspectu nostre

nostro magnificaberis in eis, vt cognoscant te, sicut & nos cognouimus, quoniam non est Deus præter te Dominum. In noua signa, & immuta mirabilia. Glorifica manum & brachium dexterum. Excita furorem, & effunde iram. Extolle aduersarium, & afflige inimicum. Festina tempus, & memento finis, vt enarrent mirabilia tua. In ira flammæ deoretur qui saluatur: & qui pestimant plebem tuam inueniant perditionem. Contere caput principum inimicorum, dicentium: Non est alius præter nos. Congrega omnes tribus Iacob, vt cognoscant, quia non est Deus, nisi tu, & enarrent magnalia tua: & hæreditabis eos sicut ab initio.

Psal. 46.

1. Cor. 15.

Psal. 105.

V. Tu autem Domine miserere nostri.
R. Deo gratias.

*Lectio S. Euangelij secundum
Marcum.*

In illo tempore: Recumbentibus undecim discipulis, apparuit illis Iesus, & exprobrauit incredulitatem eorum, & duritiam cordis: quia his, qui viderant eum resurrexisse, non crediderunt. Et dixit eis: Euntes in mundum vniuersum prædicate Euangelium omni creaturæ. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit: Qui verò non crediderit condemnabitur. Signa autem eos, qui crediderint, hæc sequentur: In nomine meo demonia eicient, linguis loquentur nouis, serpentes tolent, & si mortiferum quid biberint, non eis nocbit: super ægros manus imponent & bene habebunt. Et Dominus quidem Iesvs postquam locutus est eis, assumptus est in caelum, & sedet à dextris Dei. Illi autem profecti prædicauerunt vbique Domino cooperante, & sermonem confirmante, sequentibus signis.

Marc. 16.

R. Laus tibi Christe.

Per Euangelica, &c. ut supra. fol. 10.

S. Eccles.

Psalms.

DEVS qui das vindictas mihi, & subdis populos sub me, liberator meus de inimicis meis iracundis. Super inimicos meos prudentem me fecisti mandato tuo, quia in æternum mihi est. Et inimicos meos dedisti mihi dorsum, & odientes me

Psal. 17.

118.

disperdidisti.

17 Et præcinxisti me virtute ad bellum, & supplantasti insurgentes in me subtus me.

85 Da imperium tuum puero tuo, & saluum fac filium ancillæ tuæ.

109 Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.

34 Apprehende arma, & scutum: & exurge in adiutorium mihi.

107 In Deo faciemus virtutem, & ipse ad nihilum deducet inimicos nostros.

43 In te inimicos nostros ventilabimus cornu, & in nomine tuo spernemus insurgentes in nobis.

Ibid. Non enim in arcu meo sperabo, & gladius meus non saluabit me.

59 In Deo faciemus virtutem, & ipse ad nihilum deducet tribulantes nos.

218 Et respondebo exprobrantibus mihi verbum, quia speravi in sermonibus tuis.

Sedeat Exorcista.

26 **S**I consistant aduersum me castra, non timebit cor meum.

Ibid. Si exurgat aduersum me prælium, in hoc ego sperabo.

131 Inimicos eius N. induam confusione, super ipsum N. autem efflorescit sanctificatio mea.

91 Et despexit oculus meus inimicos meos; & in insurgentibus in me malignantibus audiet auris mea.

Ibid. Et exaltabitur sicut unicornis cornu meum: & senectus mea in misericordia vberum.

61 Quoniamque irruitis in hominem, interficite vniversi vos, tanquam parietem inclinatum, & macerem depulsam.

17 Persequar inimicos meos, & comprehendam illos, & non conuertat donec deficient.

Ibid. Confringam illos, nec poterunt stare: cadent subter pedes meos.

74 Et omnia cornua peccatorum confringam: & exaltabuntur cornua iusti.

17 Et comminuam eos vt puluerem ante faciem venti: vt lutum platearum delebo eos.

Ibid. 15 Euaginabo gladium ✠ meum, interficiet eos manus mea.

23 Hic N. accipiet benedictionem ✠ à Domino, & misericordiam

cordiam. à Deo salutari suo.

Oratio flexis genibus.

Interuenientibus, Domine, S. Maria Virgine matre *Ab Eccle-*
ria, & omnibus Sanctis, famulo tuo N. placatus offen- *sta.*
de virtutem, vt destructis aduersitatibus vniuersis, insi-
diisque diabolicis, secunda deinceps tibi seruiat libertate.
Qui cum Patre, & Spiritu sancto viuis, & regnas in sa-
cula saeculorum, Amen.

**I M P R E C A T I O I N
D A E M O N E S, E T
c o o p e r a n t e s.**

§. I I.

Lectio Ieremie Prophetae.

Hæc dicit Dominus exercituum: Ecce ego con- *ler. 49.*
fringam arcum Ælam, & sumam fortitudi-
nem eorum, & inducam super Ælam quatuor
ventos, a quatuor plagis cœli: & ventilabo eos in omnes
ventos istos: & non erit gens ad quam non perueniant
profugi Ælam: & panem faciam Ælam coram inimicis
suis, & in conspectu quærentium animam eorum. Et
adducam super eos malum, iram furoris mei, dicit Do-
minus: & mittam post eos gladium donec consumam
eos.

ψ. Tu autem Domine, &c.

Lectio S. Euangelij secundum Lucam.

In illo tempore: Reuersi sunt septuaginta duo discipu- *Luc. 10.*
licum gaudio, dicentes: Domine, & iam demonia
subiiciuntur nobis in nomine tuo. Et ait illis: Vidēbam
Satanam sicut fulgur de cœlo cadentem. Et ecce dedi vobis
potestatem calcandi supra serpentes & scorpiones, & su-
per omnem virtutem inimici, & nihil vobis nocet.
Et. Laus tibi Christe.

Per Esan elica dicta, vt supra. folio

*Sedeat Exorcista, & capite cooperio
dicat magna cum efficacia:*

4. *Es. 16.* **D**ominus fortis immittit mala, & quis est qui repellat ea?

Exit ignis ex iracundia eius, & quis est qui exstinguat eum?

Coruscabit, & quis non timebit?

Tonabit, & quis non pauebit?

Dominus cominabitur, & quis non funditus conteretur à facie ipsius?

Terra tremuit, & fundamenta eius: Mare fluctuat de profundo, & fluctus eius turbabuntur, & pisces eius à facie Domini, & à gloria virtutis eius: quoniam foris dextera eius, quæ arcum tendit.

Ibidem. Sagittæ eius acutæ, quæ ab ipso mittuntur: non deficient cum coperint.

Psalms.

Psal. 67. **E**xurgat Deus, & dissipentur inimici eius, & fugiant qui oderunt eum à facie eius.

Ibid. Sicut deficit fumus, deficiat: sicut fluit cera à facie ignis, sic pereant peccatores à facie Dei.

34 Auertantur retrorsum, & confundantur cogitantes mihi mala.

69 Auertantur retrorsum & erubescant, qui volunt mihi mala.

Ibid. Auertantur statim erubescantes qui dicunt mihi, Euge, Euge.

9 Conuertantur peccatores in infernum, omnes gentes, quæ obliuiscuntur Deum.

118 Confundantur superbi, quia iniuste iniquitatem fecerunt in me: ego autem exercebor in mandatis tuis.

39 Confundantur, & reuerentur, qui querunt animam meam.

70 Confundantur, & deficiant detrahentes animæ meæ: operiantur confusione & pudore, qui querunt mala mihi.

24 Confundantur omnes iniqua agentes superuacue.

68 Deleantur de libro viventium, & cum iustis non scribantur.

Decidant à cogitationibus suis: secundum multitudinem impietatum eorum expelle eos, quoniam irritauerunt te Domine.

6 Erubescant, & conturbentur omnes inimici mei: conuertantur

- vertantur, & erubescant valde velociter.
- Erubescant & reuerentur simul qui gratulantur malis 34
reus.
- Erubescant & conturbentur in sæculum sæculi, & con- 82
fundantur & pereant.
- Fiant tanquam puluis ante faciem venti, & Angelus 34
Domini coarctans eos.
- Fiant viæ illorum tenebræ, & lubricum & Angelus Do- *Ibid.*
mini persequens eos.
- Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum, & in retribu- 68
tiones, & in scandalum.
- Fiat habitatio eorum deserta, & in tabernaculis eorum *Ibid.*
non sit qui inhabitet.
- Fiant sicut fœnum tectorum, quod priusquam euellatur, 128
exaruit.
- De quo non impletur manum suam, qui metet, & sinum *Ibid.*
suum qui manipulos colliget.
- Ferant confestim confusionem suam, qui dicunt mihi, 39
Euge, Euge.
- Induantur confusione, & reuerentia, qui maligna lo- 34
quuntur super me.
- Obscurentur oculi eorum ne videant, & dorsum eorum 68
semper incurua.
- Veniat illi laqueus, quem ignorat, & caprio quam abscõ- 34
dit, apprehendat eum, & in laqueum cadat in ipsam.
- Veniat mors super illos, & descendat in infernum vi- 54
uentes.
- Gladius eorum intret in corda ipsorum, & arcus eorum 36
confringatur.
- Manè sicut herba transeat, manè floreat, & transeat, & 89
vespere decidat indurer, & arescat.
- Fiant dies eius pauci, & episcopatum eius accipiat alter. 108
- Fiant filij eius orphani, & vxor eius vidua. *Ibid.*
- Fiant nati eius in interitum, in generatione vna delea- *Ibid.*
tur nomen eius.
- Fiant contra Dominum semper, & dispereat de terra *Ibid.*
memoria eorum, pro eo quod non est recordatus fa-
cere misericordiam.
- Cum iudicatur, exeat condemnatus, & oratio eius fiat *Ibid.*
in peccatum.
- Similes illi fiant, qui faciunt ea, & omnes qui con- 115

dunt in eis.

115 Declinate ꝑ à me maligni, & scrutabor mandata Dei mei.

6 Discedite ꝑ à me omnes, qui operamini iniquitatem, quoniam exaudiuit Dominus vocem fletus mei.

Esd. 16. Immissus est vobis gladius, & qui est qui auertrat illum?

Ibid. Immissus est vobis ignis, & qui est qui extinguat illum?

Ibid. Immissa sunt vobis mala, & qui est qui repellat ea?

Ibid. Dominus fortis immittit mala, & qui est qui repellat ea?

Præceptum.

Psal. 23. Attollite portas principes vestras, & eleuamini portæ æternales: & introibit REX gloriæ.

Respondetur.

Ibid. Quis est iste Rex gloriæ?

Ibid. Dominus fortis & potens.

Præceptum.

Ibid. Attollite portas principes vestras, & eleuamini portæ æternales: & introibit REX gloriæ.

Respondetur.

Ibid. Quis est iste REX gloriæ?

Dominus fortis, & potens.

Dominus potens in prælio.

Præceptum.

Ibid. Attollite portas principes vestras, & eleuamini portæ æternales: & introibit REX gloriæ.

Respondetur.

Ibid. Quis est iste Rex gloriæ?

Ibid. Dominus virtutum, ipse est REX gloriæ.

Oratio genibus flexis.

Iere. 17.



ANA me Domine, & sanabor: saluum me fac, & saluus ero: quoniam laus mea tu es. Non sis tu mihi formidini, spes mea tu in die afflictionis. Confundantur qui me persequuntur, & non confundat ego: paueant illi, & non paueam ego. Induc super eos diem afflictionis, & duplici contritione conterere eos. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium

num tuum, qui tecum vivit & regnat Deus per omnia
 secula seculorum. Amen.

ADMONITIO

AD EXORCISTAM.

Imprecationem suprascriptam repetere poteris, prout *Autor.*
 tibi expedire videbitur; Et idem faciendum sequenti
 §. 12. Averte etiam, sequentem §. propriè spectare
 ad Exorcistas, & non ad quemlibet alium. In quo
 perlegendo, illud observandum est, quod aptare debes
 sententias, vel ad singularem, vel ad pluralem casum,
 prout opus fuerit: Nam posita sunt, eo modo, quo in sa-
 cris paginis reperta sunt.

Præterea prudens Exorcista interrogationes faciet,
 si opus fuerit, ad arbitrium suum, & ubi in §. sequenti
 viderit expedire, & ut facilius id prestare possit, ali-
 quibus in locis, vel per hoc Z. signum, vel per rubricam
 ante oculos ponam.

Scire etiam debet, sequentem §. adhibendum tunc
 esse, quando spiritus maligni presentialiter habitant
 corpora humana: non autem quando tantum potestati-
 vè, siue per sola maleficia. Ideoque ad maleficiatos
 tantum, uti poteris cæteris, hoc prætermisso. Quod si ex-
 pedire videatur, legatur.

P R Æ C E P T V M
D I A B O L I F A C I E N D V M.

§. 12.

Exorcista sedens dicat:

Lectio Actuum Apostolorum.

Act. 16. **F**ACTVM est euntibus nobis ad orationem, puellam quandam habentem spiritum pythonem obuiare nobis, quæ quæstum magnum præstabat dominis suis diuinando. Hæc subsecuta Paulum & nos clamabat dicens: Isti homines serui Dei excelsi sunt, qui annunciant vobis viam salutis. Hoc autem faciebat multis diebus. Dolens autem Paulus, & conuersus, spiritui dixit, PRÆCIPIO tibi in nomine IESU CHRISTI exire ab ea. Et exiit eadem hora.

Surgat Exorcista.

*Lectio S. Evangelij secundum
Marcum.*

Marc. 9. **I**N illo tempore; Respondens vnus de turba, dixit: Magister, attuli filium meum ad te, habentem spiritum mutum: qui vbicumque eum apprehenderit, allidit illum, & spumat, & stridet dentibus, & arescit, & dixi discipulis tuis, vt eicerent illum, & non potuerunt. Qui respondens eis, dixit: O generatio incredula, quandiu apud vos ero? quandiu vos patiar? afferre illum ad me. Et attulerunt eum. & cum vidisset eum. statim spiritus conturbauit illum, & elisus in terram volutabatur spumans. Et interrogauit patrem eius. Quatum temporis est, ex quo ei hoc accidit? At ille ait. Ab infantia, & frequenter eum in ignem, & in aquas misit, vt eum perderet. Sed si quid potes adiuua nos, misertus nostri. Iesus autem ait illi: Si potes credere. omniaabilia sunt credenti. Et continuo exclamans pater pueri cum lacrymis, aiebat: Credo Domine, adiuua incredulitatem meam. Et cum videret

videret Iesus concurrentem turbam, cōminatus est spiritui immundo, dicens illi: Surde, & mute spiritus. Ego præcipio tibi, exi ab eo, & amplius non introcas in eum. Et exclamans & multum discerpens eum, exiit ab eo, & factus est sicut mortuus, ita vt multi dicerent, quia mortuus est. Iesus autem tenens manum eius eleuauit eum, & surrexit.

Per Euangelica dicta, prout supra, fol. 10.

Sede, & cooperto capite dicat.

EXPERGISCIMINI, & laudate qui habitatis in puluere. *Isa. 26.*
Vt qui dicit ligno, Expergiscere, surge lapidi ta- *Haba. 2.*
centi. Nunquid ipse docere poterit?

Ecce iste coopertus est auro, & argento, & omnis spiritus *Ibid.*
non est in visceribus eius.

Dominus autem in templo sancto suo sicut fileat à facie *Ibid.*
eius omnis terra.

Expergiscimini ebrii & fletu, & ululate omnes, qui bi- *Iob. 1.*
bitis vinum in dulcedine: quoniam perit ab ore ve-
stro.

Cuius verbum verum, & dicta perseverantia, cuius visio *4. Esd. 8.*
fortis.

In verbo eius stetit aqua sicut congeries, & in sermone *Ecc. 29.*
oris illius sicut exceptoria aquarum: quoniam in præ-
cepto ipsius placor fit.

Præceptum Domini lucidum, illuminans oculos. *Psal. 18.*

Præceptum posuit & non præteribit. *Psal. 148.*

Ipsè de regibus triumphabit. *Hab. 1.*

Præcipio, non ego, sed Dominus. *Z. 1. Cor. 7.*

Qui dixit,

Qui vos audit, me audit, & qui vos spernit, me spernit. *Luc. 10.*

Qui autem me spernit, spernit eum, qui misit me. *Z.*

Qui dixit,

Esto eis in præceptum. *Exod. 38.*

Et iterum:

Si non audierint, euellam gentem illam euulsionè, & *Ier. 11.*
perditionè. *Z.*

Ad demones & cooperantes.

PRæcipio tibi coram Deo, qui viuificat omnia, & *1. Tim. 6.*
Christo Iesu, qui testimonium reddidit sub Pontio
Pilato bonam confessionem vt serues mandatum. *Z.*

Rom. 13. Non enim potestas nisi à Deo, quæ autem sunt, à Deo ordinata sunt; Itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit: qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt; Dei enim minister est, vindex in iram. Ideo necessitate subditi estote. Reddite ergo omnibus debita: cui tributum, tributum; cui vectigal, vectigal; cui timorem, timorem; cui honorem, honorem.

Matth. 26. Adiuro te per Deum vivum;

Vt

Ecl. 14. Non contradicas verbo veritatis villo modo; & de mendacio ineruditionis tuæ confundere.

Marc. 5. Quod tibi nomen est?

Interroga de nomine, & si vnus est vel plures; & scribe in charta. Quod si loqui non vult, vel reticet nomen: Tu nomen finge, & scribe.

Iuxta modum inferiùs §. 20. traditum.

Postea dicas ad Deum conuersus:

Psal. 53. Deus in nomine tuo saluum me fac, & in virtute tua iudica me.

Judith. 16. ADONAI Domine magnus es tu, & præclarus in virtute tua, & quem superare nemo potest.

Ad diabolos.

Ioan. 8. Qui sine peccato est vestrum, primus in illam N. lapidem mittat.

Act. 19. Adiuro vos per Deum quem Paulus prædicat. Z.

Et

Interroga de causa vexationis, & cuius auctoritate expelli debet, id est à quo Exorcista, &c.

Ioan. 9. Da gloriam Deo.

Iterum interroga de spectantibus ad expulsionem.

Deut. 12. Quod præcipio tibi, hoc tantum facito. Z.

Et

Deut. 4. Custodite mandata Domini Dei vestri, quæ ego præcipio vobis: oculi vestri viderunt omnia, quæ fecit Dominus contra Beelphegor, quomodo contriuit omnes cultores eius de medio vestri.

Præcipe quæ spectant ad liberationem. Quod si mendacibus verbis, vel magis vitent, insurge,

Et

Et dic.

Quare detrahitis sermonibus veritatis.

Cur non decipere fraude voluistis? ut diceretis: Procul
valde habitamus à vobis, cum in medio nostri sitis?

Ideo sub maledictione eritis.

Idcirco præcipio tibi, ut facias hanc rem.

*Præcipe qua tibi expedire videntur.*Omne mandatum, quod ego præcipio tibi, caute dili-
genter ut facias.*Iterum præcipe prout dixi supra.*Iterum atque iterum adiuro te, ut non loquaris mihi nisi
quod verum est, in nomine Domini.*Iterum Interroga.*

Custodite mandatum, quod præcipio vobis hodie.

Et sicut præcepimus vobis.

Quia Domini sunt mandata.

*Ad Deum stans.*Exurge Domine Deus meus in præcepto, quod manda-
sti, & synagoga populorum circumdabit te.*Si his peractis adhuc Diabolus non recessit, vel non
obedierit, dicas sequentem protestationem**magna fide & efficacia, maxime verò**si finis imponendus est legendi**pro illa vice.*

P R O T E S T A T I O.

Sede.

PRO eo, quod reprobastis verbum hoc, & sperastis in
calumnia & in tumultu, & innixi estis super eo: pro-
pterea erit vobis iniquitas hæc sicut interruptio cadens,
& requisita in muro excelso, quoniam subito dum non
speratur, veniet contritio eius. Et comminetur, sicut
conteritur lagenæ figuli, contritione perualida: & non
inuenietur de fragmentis eius testa, in qua portetur igni-
culus de incendio, aut hauriatur parum aquæ de fonte.

*Quibus adde aliqua ex h. 24. Sed præcipue sol. . . fo. mi-
do. &c.*

SOLVITIO.

S O L V T I O

MALEFICIORVM.

§. 13.

Exorcista stans dicat:

Lectio Libri Exodus.

Exod. 12.

IN diebus illis: Ingressi Moyses, & Aaron ad Pharaonem, fecerunt sicut præceperat Dominus. Tulitque Aaron virgam coram Pharaone, & seruis eius, quæ versa est in colubrum. Vocauit autem Pharaon sapientes, & maleficos, & fecerunt etiam ipsi per incantationes Ægyptiacas, & arcana quadam similiter, proieceruntque singuli virgas suas, quæ versæ sunt in dracones. Sed deuorauit virga Aaron virgas eorum.

Tu autem Domine, &c. *ut supra.*

Lectio S. Evangelij secundum

Marcum.

Matth. 7.

IN illo tempore: Exiens Iesus de finibus Tyri, venit per Sydonem ad Mare Galilææ inter medios fines Decapoleos. Et adducunt ei surdum, & mutum, & deprecabantur eum, ut imponat illi manum. Et apprehendens eum de turba seorsum, misit digitos suos in auriculam eius, & expuens terigit linguam eius. Et suspiciens in cælum ingemuit, & ait illi, Ephph-ta, quod est adaperire, & statim apertæ sunt aures eius, & solutum est vinculum linguæ eius: & loquebatur rectè.

R. Laus tibi Christe.

Per Evangelica dicta, ut supra, fol. 11.

V. Bene omnia fecit.

Ibid.

R. Et surdos fecit audire, & mutos loqui.

Hic sede.

Nahum.

AIT Dominus exercituum, affixit te, & non affligam te ultra, & nunc conteram virgam eius de dorso tuo, & vincula tua dirumpam.

Psal. 11.

Disperdat Dominus vniuersa labia dolosa, & linguam magniloquam.

Ait Dominus exercituum : Conteram virgam eius de collo tuo, & vincula eius dirumpam, & non dominabuntur ei amplius alieni. *Iere. 30.*

Qui conuertit petram in stagna aquarum, & rupem in fontes aquarum. *Pfal. 113.*

In vinculis non dereliquit eum. *Sap. 10.*

In conuertendo inimicum meum retrorsum, infirmabuntur: & peribunt à facie terræ. *Pfal. 9.*

In hoc apparuit Filius Dei, vt dissoluat opera diaboli. *1. Ioan. 3.*

Propterea Deus destruet † te in finem: euellet † te, & emigrabit † te de tabernaculo tuo, & radicem tuam de terra viuentiam. *Pfal. 51.*

Reges eos Deus in virga † ferrea, & tanquam vas figuli confringes eos. *2*

Castigans castigauit me Dominus, & morti non tradidit me. *117*

Sicut ignis qui comburit syluam, & sicut flamma comburens montes. *82*

Sicut deficit fumus, deficient: sicut fluit cera à facie ignis, sic pereant peccatores à facie Dei. *67*

Sicut cera quæ fluit, auferentur: super cecidit ignis, & non videtunt solem. *57*

Quoniam brachia peccatorum conterentur: confirmat autem iustos Dominus. *36*

Nisi conuersi fueritis, gladium † suum vibrabit: arcum † suum terendit, & parauit illum, & in eo parauit † vasa mortis, sagittas †. †. †. suas ardentibus effecit. *7.*

Hic N. accipiet benedictionem † à Domino, & misericordiam à Deo salutari suo. *3*

Quoniam Angelis suis mandauit de te N. vt custodiant te in omnibus viis tuis. *90*

Dirumpamus † vincula † eorum, & proiciamus † à nobis iugam ipsorum. † *2*

Benedicat † te Dominus ex Sion, qui fecit cœlum & terram.

Oratio flexis genibus.

DEVS qui beato Petro Apostolo tuo collatis clauibus regni cœlestis, animas ligandi atque soluendi Pontificium tradidisti, concede, vt intercessionis eius auxilio à peccatorum nexibus, & diabolicis vinculis hic famulus

famulus tuus N. liberetur. Per eum qui est mortui mors, & inferno morsus, & qui cum Patre, & Spiritu sancto venturus est iudicare sæculum per ignem.

B O N A
A D E O O B T E N T A
E N U M E R A N T U R , E T E S T
p r æ l u d i u m a c t i o n i s g r a t i a r u m .

§. 14.

Lectio Libri Tobie.

Tob. 1.



N diebus illis; Dixit Angelus Raphael. Tempus est ut reuertar ad eum, qui me misit. Vos autem benedicite Deum, & narrate omnia mirabilia eius. Et cum hæc dixisset, ab aspectu eorum ablatu est, & ultra eum videre non potuerunt. Tunc prostrati per horas tres in faciem benedixerunt Deum, & exurgentes narrauerunt omnia mirabilia eius.

Tu autem Domine, &c. *ut supra.*

Lectio S. Euangelij secundum Marc.

Marc. 7.

I N illo tempore; Dixit Iesus ad illos, qui surdum, & mutum sanandum obtulerant, ne cui dicerent. Quanto autem eis præcipiebat, tanto magis plus prædicabant, & eo amplius admirabantur, dicentes: Bene omnia fecit, & surdos fecit audire, & mutos loqui.

R. Laus tibi Christe, &c. *ut supra fol. 10.*

Psalmus.

65 **V** Enite, audite, & narrabo, omnes, qui timetis Deum, quanta fecit Deus animæ meæ.

56 Misit Deus misericordiam suam, & veritatem suam, & eripuit animam de medio catulorum leonum, dormienti conturbatus.

Isa.

Misit de cœlo, & liberauit me: dedit in opprobrium conculcantes me.

26 In petra exaltauit me, & nunc exaltauit caput meum in inimicos meos.

Impul

Impulsus euerfus sum vt caderem, & Dominus suscepit me. 117

Duripissi vincula me tibi sacrificabo hostiam laudis, & tibi nomen Domini invocabo.

Nec conclusisti me in manibus inimici: statuisti in loco spaciose pedes meos.

Os meum aperui, & attraxi spiritum, quia manata tua res desiderabam.

Bonum mihi quia humiliasti me, vt discam iustificatio. *Ibid.*
 Bonum mihi lex oris tui, super millia auri, & ar. *Ibid.*

genti.

Hæc me consolata est in humilitate mea quia eloquium tuum viuificauit me.

Populus, quem non cognoui, seruiuit mihi: in auditu auris obediuit mihi.

Sabiecit populos nobis, & gentes sub pedibus nostris. 46

Percussit peram, & fluxerunt aquæ, & torrentes inunda-
 uerunt.

Quia satiauit animam iustam, & animam esurientem faciauit bonis. 106

Quoniam absconxit me in tabernaculo suo, in die matutinum protexit me in abscondito tabernaculi; sursum.

Et eduxit eos de generibus, & ymbra iudicis: & vincula eorum dirupit.

Et redemit nos ab inimicis nostris, quoniam in ærenum misericordia eius.

Quia conuertit portas areas, & vedes ferreas confregit.

Sala em ex inimicis nostris, & de manu omnium, qui operant nos.

Transiuit per ignem & aquam, & eduxisti nos in refugium.

Torrentem petra fuit anima nostra, fossam petra fuit anima nostra, aquam intollerabilem.

Animam nostra sicut passer crepta est de laqueo venantium.

Laqueus contritus est, & nos liberati sumus.

Stanes ceciderunt mihi in præclaris; etiam hæreditas mea præclara est mihi.

Tunc repleuit est gaudio os nostrum, & lingua nostra exultauit.

exultatione.

- 27 Et restituit caro mea: ex voluntate mea confitebor ei.
 126 Tunc dicent inter gentes, magnificauit Dominus facere
 cum eis.
Ibid. Magnificauit Dominus facere nobiscum: facti sumus
 latantes.

*Oratio flexis genibus.
 Ex libro Tobie.*

- Tob. 13.* **M**agnus es Domine in æternum, & in omnia sæcu-
 la regnum tuum: quoniam tu flagellas & saluas:
 deducis ad inferos & reducis; & non est qui effugiat ma-
 num tuam. Confitemini Domino, & in conspectu gen-
 tium laudate eum; quoniam ideo disperfit vos inter gen-
 tes, quæ ignorant eum, ut vos enarretis mirabilia eius, &
 faciatis scire eos, quia non est alius Deus omnipotens
 præter eum. Ipse castigauit nos propter iniquitates no-
 stras, & ipse saluabit nos propter misericordiam suam.
 V. Tu autem Domine miserere nostri.
 R. Deo gratias.

GRATIARVM ACTIO.

Pro obtenta liberatione.

§. 15.

Lectio B. Pauli Apostoli.

2. Cor. 1. **B**enedictus Deus, & pater Domini nostri Iesu
 Christi, pater misericordiarum, & Deus totius
 consolationis, qui consolatur nos in omni tri-
 bulatione nostra.

Tu autem Domine, &c. ut supra.

*Lectio S. Euangelij secundum
 Lucam.*

- Luc. 17. **I**n illo tempore: Cùm ingrederetur Iesus quoddam
 castrum, occurrerunt ei decem viri leprosi qui
 steterunt.

stererunt à longè, & leuauerunt vocem, dicentes: IESU
 præceptor miserere nostri. Quos vt vidit, dixit: Ite, o-
 stendite vos sacerdotibus. Et factum est dum irent mun-
 dari sunt. Vnus autem ex illis vt vidit quia mundatus est,
 regressus est cum magna voce magnificans Deum, & ce-
 cidit in faciem ante pedes eius, GRATIAS AGENS,
 & hic erat Samaritanus. Respondens autem Iesus, dixit:
 Nonne decem mundati sunt: & nouem vbi sunt? Non est
 inuentus qui rediret, & daret gloriam Deo, nisi hic alie-
 nigena. Et ait illi: Surge, vade, quia fides tua te saluam
 fecit.

R. Laus tibi Christe. *vt supra.*

Per Euangelica, &c. vt supra, fol. 10.

Psalmus.

Benedic anima mea Domino, & omnia, quæ intra me *Pf. 102.*
 sunt nomini sancto eius.

Qui propitiatur omnibus iniquitatib. tuis N. qui sanat *ibid.*
 omnes infirmitates tuas.

Benedic anima mea Domino, & noli obliuisci omnes *ibid.*
 retributiones eius.

Qui redemit de interitu vitam tuam: quæ coronat te in *ibid.*
 misericordia & miserationibus.

Quid retribuam Domino, pro omnibus, quæ retribuit *115*
 mihi:

Quia eripuit animam meam de morte, oculos meos à la- *114*
 crymis, pedes meos à lapsu.

Calicem salutaris accipiam, & nomen Domini iouo- *115*
 cabo.

Quoniam ipse liberauit me de laqueo venantium, & à *90*
 verbo aspero.

Dilatasti gressus meos (Domine) subtus me, & non sunt *17*
 infirmata vestigia mea.

Quoniam eripuisti animam meam de morte, pedes *55*
 meos de lapsu, vt placeam coram Deo in lumine vi-
 uentium.

Auertisti nos retrorsum post inimicos nostros, & qui *ibid.*
 oderunt nos, diripiebant sibi.

Conuertisti planctum meum in gaudium mihi: concidi- *19*
 sti faccum meum, & circumdedisti me lætitia.

In Deo laudabo verbum, in Deo laudabo sermonem: in *55*

Euc. 1.

Deo speravi, non timebo: Quid faciet mihi homo?
 Benedictus Dominus, qui non dedit nos in captiōem
 dentibus eorum.
 Ut sine timore, de manu inimicorum nostrorum libera-
 ti, seruiamus illi.
 Gloria Patri, & Filio, &c.

O R A T I O.

Ecclesiastica 31.

Confitebor tibi Domine Rex, & collaudabo te Deū
 saluatorem meum. Confitebor nomini tuo, quo-
 niam adiutor, & protector factus es mihi, & liberaſti cor-
 pus meum à perditione, à laqueo linguæ iniquæ, & à la-
 biis operantium mendacium, & in conſpectu aſtantium
 factus es mihi adiutor. Et liberaſti me ſecundum multi-
 tudinem miſericordiæ nominis tui, à rugientibus præ-
 paratis ad eſcam, de manibus quærentium animam
 meam, & de portis tribulationum, quæ circūdederunt
 me: à preſſura flammæ, quæ circūdedit me, & in medio
 ignis non ſum æſtuatus.

D E P R E C A T I O

P R O A C Q U I S I T Æ

ſanitatſ conſeruatiōe.

§. 16.

*Exorcista ſtans dicat:**Lectio B. Petri Apoſtoli.*

1. Pet. 5.



Deus omnis gratiæ, quæ vocauit nos in æ-
 ternam ſuam gloriã in CHRISTO IESU,
 modicum paſſos ipſe perficiet, confirmabit,
 ſolidabitque. Ipſi gloriã, & imperium in ſæ-
 cula ſæculorum. Amen.

*Lectio S. Euangeliij ſecundum
 Ioannem.*

Ioan. 1.

In illo tempore, dixit ad Patrem Ieſus: Ego dedi eis
 ſermonem tuum, & mundus eos odio habuit, quia non
 ſunt

sunt de mundo, sicut & ego non sum de mundo. Non rogo vt tollas eos de mundo, sed vt **SERVES** eos à malo.
 R. Laus tibi Chrifte.

Per Euangelicam Iectionem, tribuat nobis
 Deus omnipotens suam sanctam gra-
 tiam, & Benedictionem,
 Amen.

Psalms.

Qui habitat in adiutorio Altissimi, in protectione *Psal.*
 Dei celi commorabitur.

Quoniam confirmata est super nos misericordia eius, & 116
 veritas Domini manet in æternum.

Vanum est vobis ante lucem surgere: surgite postquam 126
 sederitis, qui manducatis panem doloris.

Quoniam,

Nisi Dominus ædificauerit domum, in vanum labora- *I bid.*
 uerunt qui ædificant eam.

Nisi Dominus custodierit ciuitatem, frustra vigilat qui *Ibidem.*
 custodit eam.

Domiaus conseruet eum, & viuificet eum, & beatum fa- 40
 ciat eum in terra, & non tradet eum in animam inimi-
 corum eius.

Dominus custodiat introitum tuum, & exitum tuum, ex 120
 hoc nunc & vsque in sæculum.

Conserua me Domine, quoniam speraui in te, dixi Do- 15
 mino: Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum
 non eges.

Esto mihi in Deum protectorem, & in locum munus, 70
 vt saluum me facias.

Sub umbra alarum tuarum protege me: à facie impio- 16
 rum, qui me affixerunt.

Esto mihi in Deum protectorem, & in domum refugij 30
 vt saluum me facias.

Inhabitabo in tabernaculo tuo in sæcula; protegar in ve- 60
 lamento alarum tuarum.

A resistentibus dexteræ tuæ custodi me, vt pupillam 16
 oculi.

Protector noster aspice Deus, & respice in faciem Chri- 83
 sti tui.

In te confirmatus sum ex utero: de ventre matris meæ 70

tu es protector meus.

69. Manda Deus virtute tua: confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis.

Oratio flexis genibus.

S. Eccles.

Quæsumus omnipotens Deus, famulum tuum N. propitius respice vt, te largiente, regatur in corpore, & te seruante, custodiat in mente. Per Christum Dominum nostrum, &c.

ADMONITIO

AD PERSONAM LIBERATAM, Et ad propria dimissio.

§. 17.

Conuersus Exorcista ad personam liberatam, dicat:

Joan. 5.



Ecce sanus factus es, iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat.

Marc. 5.

Vade ad domum tuam, ad tuos, & annuncia illis, quanta tibi Dominus fecerit, & misertus sit tui.

Judith. 8.

Vade, & Dominus tecum sit in vltionem inimicorum nostrorum.

3. Re. 19.


Vade, & reuertere; quod enim meum erat, feci tibi.

E. Reg. 5.

Et Deus Israël det tibi petitionem tuam, quam rogasti eum.

2. Par. 25.

Dei enim est adiutare, & ~~is~~ EVGAM conuertere.



MODVS
COMBURENDI
INSTRUMENTA
Maleficialis.

§. 18.

*Prepara ignem, sulphur, & picem, cum instrumentis
maleficialibus, separatim tamen,
& stans dic:*

Lectio Libri Sapientia.

D O M I N E,



MIGRANTES te nosse impij, per fortitudi-
nem brachij tui flagellati sunt: nouis a-
quis & granilibus, & pluuijs persecutione
passi, & per ignem consumpti. Quod enim
mirabile erat, in aqua, quae omnia extin-
quit, plus ignis valebat, vindex est enim orbis iustorum.
Nix & glacies sustinebant vim ignis, & non tabesce-
bant, ut scirent quoniam fructus inimicorum extermi-
nabat ignis ardens in grandine, & pluuia coruscans.
Creatura enim tibi factori deseruiens, exardescit in tor-
mentum aduersus iniustos: & lenior fit ad benefacien-
dum pro his, qui in te confidunt. Propter hoc & tunc in
omnia transfigurabat oranium nutriciae gratiae tuae de-
seruebant, ad voluntatem eorum, qui a te desiderabant,
ut scirent filij tui, quos dilexisti Domine, quoniam non
natiuitatis fructus pascunt homines, sed sermo tuus, hos
qui in te crediderint conseruat. Ingrati enim spes tan-
quam hybernalis glacies tabescer, & disperiet tanquam
aqua supernacua.

Cap. 16.

Ibid.

Ibid.

Ibid.

*Exorcista dum dicit, Lectio S. Euang. &c. signet
se primo deinde extendat manum ver-
sus ignem.*

*Et versus Sulphur, Picem, & instrumenta male-
fica, & alia, Cruce † signet,
& dicat:*

*Lectio sancti Euangelij † secundum
Matthæum. †*

Mat. 13. **I**N illo tempore dixit Iesus discipulis suis: Sicut colli-
guntur zizania, & igni comburantur, sic erit in con-
summatione sæculi. Mittet filius hominis Angelos suos,
& colligent de regno eius omnia scandala: & eos, qui
faciunt iniquitatem, & mittent eos in caminum ignis.
Ibi erit fletus, & stridor dentium.

R. Laus tibi Christe.

Aufer. ✠. Per Euangelica dicta tribuatur huic igni virtus di-
uina.

R. Vt sicut comburentur hæc diabolica instrumenta, sic
auferatur malitia per ipsa illa, & infundatur seruo
Dei N. sanctitas optata.



Psal. 71. Intonuit de Cœlo Dominus, & Altissimus dedit vocem
suam, grando, & carbones ignis.

Iere. 23. Nunquid num verba mea sunt quasi ignis, dicit Domi-
nus, & quasi malleus conterem petram.

Psal. 10. Dominus in ira sua conturbabit eos, & deuorabit eos
ignis.

Psal. 45. Arcum conteret, & confringet arma, & scuta comburet
igni.

Isa. 33. Nunc confurgam, dicit Dominus, nunc exaltabor, nunc
subleuabor: concipietis ardorem, parietis stipulam:
spiritus vester vt ignis vorabit vos.

Isa. 44. Hæc dicit Dominus: Ego sum Dominus faciens
omnia,

omnia, & extendens coelos solus: stabiliens terram, & nullus mecum: irrita faciens signa diuinorum, & ariolos in fauorem vertens.

Omnia sculptilia eius concidentur, & omnes mercedes eius comburentur igne, & omnia idola eius ponam in perditionem: quia de mercedibus meretricis congregata sunt, & vsque ad mercedem meretricis reuertentur. *Mich. 1.*

Sculptilia comburite, & idola comminuite. Igneque succensæ comburentur vsque ad nihilum. *Deut. 7. Ibid. 12.*

Ad dæmones.

Væ qui prædaris, nonne & ipse prædaberis? & qui spernis, nonne & ipse sperneris? Cùm consumaueris de prædationem, de prædaberis: cùm fatigatus defueris contemnere, contemneris. *2. Re. 23. Isa. 33.*

Deuorabit ignis vèctes tuos. *Nab. 3.*
Et ipsi erunt ignis. *A. Es. 17.*

Et

Erit fortitudo vestra vt fauilla stupæ, & opus vestrum quasi scintilla: & succendetur vtraque simul, & non erit qui extinguat. *Isa. 1.*

Quid cogitatis contra Dominum? consummationem ipse faciet: non consurget duplex tribulatio; Quia sicut spinæ se inuicem complectuntur; sic conuiuium eorum pariter potantium consumentur quasi stipula ariditate plena. *Nabum.*

Erunt N: sicut paleæ ante faciem venti, & sicut fauilla quam turbo dispergit. *Isa. 27.*

Tempore quo fuerint dissipati, peribunt, & vt incaluerint, soluentur de loco suo. *Isa. 6.*

Sicut deuorat stipulam lingua ignis, & calor flammæ exurit sic radix eorum quasi fauilla erit, & germen eorum vt puluis ascendet. *Isa. 5.*

Reddet animam pro anima, oculum pro oculo, dentem pro dente, manum pro manu, pedem pro pede, aduersionem pro aduersione, vulnus pro vulnere, liuorem pro liuore. *Exod. 21.*

Quia

Per quæ peccat quis, per hæc & torquetur. *Sap. 17.*
Et de execratione, & mendacio annunciabuntur in consummationem: in ira consummationis & non erunt. *Psal. 58.*

Ecccl. 7. Vindicta carnis impij, ignis, & vermis consummatio illorum flamma ignis:

Et

Ibid. 40. In ventre eius ignis ardebit.

Ad Deum.

Domine,

Sap. 16. In memoriam seruatorum tuorum examinabantur, & velociter saluabantur, ne in altam incidentes obliuionem, non possent tuo vti adiutorio. Etenim neque herba, neque malagma sanauit eos, sed sermo tuus, Domine, sermo qui sanat omnia.

Sap. 5. Armabit Deus creaturam ad vltionem inimicorum.

Iudit. 16. Dabit enim in carnes eorum, vt vrantur, & sentiant vsque in sempiternum.

Psal. 17. Ignis à facie eius exarsit: carbones succensi sunt ab eo.

2. Cor. 11. Satanas transfiguratur se in angelum lucis, non est ergo magnum si ministri eius transfigurentur velut ministri iustitiæ, quorum finis erit secundum opera eorum.

At,

1. Cor. 4. Sic nos existimet homo, vt ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei.

Quapropter,

Leu. 26. Destruam excelsa vestra, & simulacra confringam.

Benedictio ignis.

Lectio Libri Tobie.

Tob. 6.



Rofectus est Tobias, & canis secutus est eum, & mansit prima mansione iuxta fluium Tigris. Et exiit vt lauaret pedes suos, & ecce piscis immanis exiit ad deuorandum eum. Quem expauescens Tobias, clamauit voce magna, dicens: Domine, inuadit me.

Et dixit ei angelus: Apprehende branchiam & trahere eum ad te. Quod cum fecisset, attraxit eum in siccum & palpitare cepit ante pedes eius. Tunc dixit ei angelus: Ex entera hunc piscem & cor eius, & fel, & iecur reponere tibi; sunt enim hæc necessaria ad medicamenta vtiliter.

Ibid. Interrogauit Tobias angelum, & dixit ei: Obsecro te Azaria frater, vt dicas mihi, quod remedium habebunt ista, quæ de pisce seruare iussisti? Et respondens ange

angelus, dixit ei: Cordis eius particulā si super carbones ponas, fumus eius extricat omne genus dæmoniorum, siue à viro, siue à muliere, ita vt ultra non accedat ad eos. Recordatus itaque Tobias sermonum angeli protulit de casside suo partem iecoris, posuitque eam super carbones viuos. Tunc Raphaël angelus apprehendit dæmonium, & reliquit illud in deserto superioris Aegypti.

Benedicite omnia opera Domini. Domine: laudate, & *Dan. 3.*
superexaltate eum in sæcula.

Benedicite ignis & æstus Domino; benedicite frigus & æstus Domino.

Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum, quæ faciunt verbum eius. *Psal. 124.*

V. Adiutorium nostrum in nomine Domini. *Ps. 124.*

R. Qui fecit cælum, & terram.

V. Domine, exaudi orationem meam. *Ps. 101.*

R. Et clamor meus ad te veniat. *Ibid.*

V. Dominus vobiscum. *Ruth 2.*

R. Et cum spiritu tuo.

O R E M V S.

Benedic t̄ Domine hunc ignem tua sana benedictione t̄, vt sit remedium salutare generi humano, & presta per inuocationem sancti nominis tui, vt quicumque eo vi voluerint, corporis sanitatem, per malefactorum destructionem, & consumptionem, & animæ tutelam accipiant. Per Christum Dominum nostrum, Amen. *S. Eccles.*

Domine sancte Pater omnipotens: æterne Deus, Benedicentibus t̄ nobis hunc ignem sulphur & picem. *S. Eccles.*

In nomine tuo, t̄ & virginis filij tui Dei, ac Domini nostri Iesu Christi, t̄ & Spiritus sancti, t̄ cooperari digneris, & adiuua nos. Qui viuis, & regnas, cum eodem uirgine tuo, & Spiritu sancto, Deus. Per omnia sæcula sæculorum.

R. Amen.

Ignis hostes tuos deuoret. *Isa. 26.*

Qui facis angelos tuos spiritus, & ministros tuos ignem vtrentem. *Ps. 105.*

*Aspergatur aqua Benedicta: postea accipe sulphur
& proice in ignem, & dic:*

Apo. 14. Cruciabitur Igne, & Sulphure, in conspectu Angelorum
sanctorum.

Deinde accipe Sulphur, & Picem,

& proice, & dic:

Apo. 21. Timidis autem, & incredulis, & execratis, & homici-
dis, & fornicatoribus, & veneficis, & idololatriis & omni-
bus mendacibus, pars illorum in stagno ardenti igne &
sulphure, quod est mors secunda.

Proice Sulphur.

Isa. 34. Conuertentur torrentes eius in Picem.

Proice Picem.

Et humus eius in Sulphur, & erit terra eius in picem ar-
dentem: nocte & die non extinguatur: in sempiternum
ascendat fumus eius.

Iob. 18. Aspergatur in tabernaculo eius Sulphur.

Iob. 31. Ignis est vsque ad perditionem deuorans, & omnia era-
dicans genimina.

Psal. 10. Ignis & Sulphur, & spiritus procellarum pars calicis.

Proice inst. Malefica in ignem,

& dic:

Isa. 30. Nutrimenta eius ignis, & ligna multa: flatus Domini
Ibid. sicut torrens sulphuris succendens eam: vt redigatur
ad nihilum.

Et

Ecc. 3. 6. In ira flammæ deuoretur.

Esther Gladio, & igne percat, & sic deleatur, vt non solum ho-
16. minibus, sed etiam bestiis inuia sit in sempiternum,
pro exemplo contemptus & inobedienciæ.

Ecc. 21. Stupa collecta synagoga peccantium, & consummatio
illorum flamma ignis.

Pf. 205. Exarsit ignis in synagoga eorum: flamma combussit pec-
catores.

Isa. 64. Facta est in exustionem ignis.

Act. 5. Dissipati sunt, & redacti ad nihilum.

Ecc. 21. Via peccantium complantata lapidibus, & in finem illo-
rum inferi, & tenebræ & pœnæ.

Sap. 19. Ducebas enim illos ad hunc finem digna necessitas, &
horum quæ acciderant commemorationem amitte-
bant

bant, ut quæ deerant tormentis, repleret punitio.
Et usque ad consummationem, & finem perseverabit *Dan. 9.*
desolatio.

Et

Omnis consummationis vidit finem.

Psal. 118.

S V F F V M I G A T I O

Q V A S V F F V M I G A R I

possunt personæ à Diabolo
oppressæ.

§. 19

Qua cautè admodum, & raro exercenda est, ne- *Autor.*
dum infirmis succurrere intendimus, eos gra-
uiori morbo afficiamus. Quando ergo est adhi-
benda.

Per omnia, seruare poteris ordinem superscriptum;
Et benedictione ignis facta, prout supra §. 18. disposi-
torem supra ignem, ita quòd fumus ascendat ad
nares, prout tibi expedire videbitur, & repete saepe ali-
quos versiculos ibi positos ab eo loco, ubi dicitur: Nutri-
menta eius, &c. fol. 92. imò alios quosdam reperies, qui
ad rem facient, hic tamen animaduerte prætermitten-
dum modum instr. proiiciendi in ignem, de quibus, & si
nullum verbum fecissem, tamen prudens Exorcista ex
se animaduertisset. Possunt etiam recitari sententia illa
qua §. 11. ubi sunt impregationes, & §. 12. Quibus
ad placitum, & pro oportunitate addere potes, qui
sequuntur versiculi.

Num. 10. Surge Domine, & dissipentur inimici tui : & fugiant, qui oderunt à facie tua.

Ad dæmones.

Ier. 49. Fugite, & terga vertite: descendite in voraginem,

Et quare inter vos non dicitis,

Exod. 14. Fugiamus; Dominus pro eis pugnat contra nos.

Iob. 19. Fugite ergo à facie gladij, † quoniam vltor iniquitatum gladius † est & scitote esse iudicium.

Psal. 133. Mare vidit & fugit: Iordanis conuersus est retrorsum.

Iere. 49. Fugite, abite vehementer in voraginibus sedete.

Psal. 117. A facie Domini mota est terra, à facie Dei Iacob.

Fugite & partes
aduersæ.

†

Apo. 5. Vicit leo de tribu Iuda, radix David Alleluia.

DÆMONIS SCRIPTI, ET IMAGINIS DÆMONIS Combustio.

§. 20.



I diabolus per os oppressi loquatur, scribe nomen eius si illud significauerit: sin autem vel loqui noluerit, vel nomen celauerit, ei nomen ad libitum imponas, ex illis quæ dæmoni magis conueniant, ex quibus exempli gratia aliqua tibi proponam.

Mat. 27. Inimicus.

{ Inimicus homo hoc fecit.

Isai. 14. Baculus,

{ Contriuit Dominus Baculum impiorum.

Ibid. Virga,

{ Virgam dominantium.

Esa. 31. Beelzebub.

{ In Beelzebub principe dæmoniorum eicit dæmonia.

Apo. 5.

Pytho,

{ Factum est, &c. puellam quandam habentem spiritum Pythonem obuiate nobis quæ questum magnum, &c. *ut supra.*

Bestia

Bestia.	Bestia quam vidisti fuit, & non est, & ascensura est de abyssu, &c.	Apoc. 17.
Aspis.	Super foramina aspidis.	Isai. 51.
Serpens, & Serpens tortuosus.	Super Leuiatham serpentem vectem, & super Leuiatham serpentem tortuosum.	Isai. 27.
Draco.	Et apprehendit draconem, serpentem antiquum, &c.	Apoc. 20.
Inferus, Infernus & Mors.	Redimet animam meam de manu inferi. Et infernus, & mors missi sunt in stagnum ignis.	Psal. 48. Apo. 20.
Aquilo.	O ó, fugite de terra Aquilonis, &c.	Zac. 2.
Insidiator; & Raptor.	Insidiatur, vt rapiat pauperem. Nec superbi ab initio placuerunt tibi. Et prudentia eius percussit superbam.	Psal. 9. Iudith. 9. Tob. 26.
Superbus.	Aduersus vester diabolus, tanquam leo rugiens circuit, quærens quem deuoret.	1. Pet. 5.
Leo.	Misit, &c. & tribulationem: immissiones per Angelos malos.	Psal. 77.
Angelus malus.	Spiritus autem Domini recessit à Saul, & eum exagitabat spiritus nequam.	1. Reg. Mat. 10.
Spiritus nequam.	Dedit illis potestatem spirituum immundorum.	3. Re. 22.
Immundus.	Ero spiritus mendax in ore omnium prophetarum eius.	
Mendax.	Inuidia autem diaboli mors.	Sap. 2.
Diabolus.	In principe demoniorum eiecit demones.	Matt. 9.
Dæmones.	Immolaerunt dæmoniis.	Dant. 32. Iob. 1.
Dæmonium.	Affuit inter eos etiam Satan.	Mat. 4.
Satan.	Vade post me Satana.	
Satanas.		

Et chartam in ignem prouicias, & dum comburitur dicas aliquos versiculos ex supra scriptis.

IMAGINIS

Combustio.

Repara duas imagines, alteram sub effigie demonis cum nomine, alteram qua personam maleficam que demon vsus est, in il-

lo maleficio componendo, cui adde nomen aliquod, ut
v.g. Pytho maleficus, strigha, vel aliquod simile; & his
preparatis ante ignem ut supra paratum, legas se-
quentia, & facias prout infra.

Lectio Libri Apoc.

Apoc. 19.

IN diebus illis: Apprehensa est bestia, & cum ea
pseudopropheta, qui fecit signa coram ipso, qui-
bus seduxit eos, qui acceperunt characterem be-
stia, & qui adorauerunt imaginem eius. Viui missi sunt
hi duo.

Proiice imagines in ignem.

In stagnum ignis ardentis: Et sulphure ceteri occisi sunt
in gladio sedentis super equum qui procedit de ore
ipius: & omnes aues saturatae sunt caribus eorum.

iere. 11.

ψ. Tu autem Domine Sabaoth qui iudicas iuste, & pro-
bas renes & corda.

ψ. Videam ultionem tuam ex eis, tibi enim reuelavi
causam meam.

B E N E D I C T I O A D
Q V A E C V M Q V E V O L V E R I S,
siue illa sint per cibum, vel potum su-
menda, siue portanda, siue in vn-
ctioe adhibenda.

Et ad quemcumque licitum usum.

§. 21.

A D M O N I T I O.

SCias, benigne lector, me hanc prolixam be-
nedictionem, non eo animo scripsisse, ut sem-
per ea integra utaris, sed ut quae tibi pro tem-
poris, & rei opportunitate videbuntur, pro instituto,
facere eligas: Quamuis omnia, si tempus tibi suppe-
diauerit

disauerit perlegere possis; sum enim omnia ad benedictionem pertinentia, in super & quadam vicem auctoritatis sacra Scriptura gerunt.

*Sacerdos superpelliceo, & stola ornatus,
vel saltem stola, dicat.*

Ps. Aditorium nostrum in nomine Domini.

Psal. 132.

R. Qui fecit cælum & terram.

Ps. Benedicat † nos Deus, Deus noster, benedicat † nos Deus.

Psal. 62.

R. Et metuant eum omnes fines terræ.

Ps. Domine exaudi orationem meam.

Psal. 101.

R. Et clamor meus ad te veniat.

Ps. Dominus vobiscum.

Ruth. 2.

R. Et cum spiritu tuo.

Ps. Iube Domne benedicere.

S. Eccles.

R. Benedictione perpetua benedicat nos omnipotens Deus.

Lectio Libri Genesis.



Gen. 1.
Reauit Deus hominem ad imaginem, & similitudinem suam: ad imaginem Dei creauit illum; Masculum, & Fœminam creauit eos, BENEDIXITQUE † ILLIS DEVS, Crescite, & multiplicamini, & replete terram, & subiicite eam, & dominamini piscibus maris, & volatilibus Cæli, & vniuersis animantibus quæ mouentur super terram: Dixitque Deus: Ecce cœdi vobis omnem herbam afferentem semen super terram, & vniuersa ligna, quæ habent in semetipsis sementem generis sui, vt sint vobis in escam, & cunctis animantibus terræ, omnique volucri cæli, & vniuersis, quæ mouentur in terra, & in quibus est anima viuens, vt habeant ad vescendum. Et factum est ita. Viditque Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona.

R. Deo gratias.

Ps. Vnigenitus Dei filius.

R. Nos, & hæc N. benedictere dignetur.

I Cor. 15.

S. Paulus

1 Cor.

Verf.

V. Iube Domine beneddicere.

R. Ille nos, & hæc benedictat, qui sine fine vivit & regnat, Amen.

Lectio S. Evangelij secundum

Lucam.

Luce. 24. **I**n illo tempore. Cùm recumberet Iesus cum duobus discipulis, qui ibant in Emmaus, accepit panem. & benedixit, ac fregit. & porrigebat illis. Et surgentes eadem hora regressi sunt in Ierusalem & inuenerunt congregatos undecim, & eos, qui cum illis erant dicentes. Quòd surrexit Dominus verè, & apparuit simoni. Et ipsi narrabant quæ gesta erant in via, & quomodo cognouerunt eum in fractione panis.

R. Laus tibi Christe.

S. Eccles. Auctor. Per Evangelicam lectionem det nobis, & huic N. vel his N.N.N. Dominus suam sanctam gratiam,

S. Eccles. & Benedictionem

In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, Amen.

Gen. 9. Benedixit Deus Noë, & filiis eius & dixit ad eos: Crescite & multiplicamini, & replete terram, & terror vester & tremor sit super euncta animalia terræ, & super omnes volucres cœli, cum vniuersis, quæ mouentur super terram.

Gen. 14. Melchisedec Rex Salem, proferens panem, & vinum, erat enim Sacerdos Dei altissimi, BENEDIXIT ei.

2. Par. 30. Surrexerunt autem Sacerdotes atque Leuitæ benedicientes populo: vox eorum, peruenitque oratio in habitaculum sanctum cœli.

Ecclesiastici. 11. Benedictio Dei mercedem iusti festinat.

Psal. 3. Domini est salus, & super populum tuum Benedictio tua.

Ioel. 2. Quis scit si conuertatur Deus, & relinquat post se Benedictionem.

Psal. 83. Etenim Benedictionem dabit legislator, ibant de virtute in virtutem N.N.N. videbitur Deus deorum in Sion.

Psal. 71. Descendet sicut pluvia in vellus, & sicut stillicidia stillantia super terram.

Psal. 132. Sicut unguentum in capite, quod descendit in barbam, barbam Aaron.

Quod

Quod descendit in oram vestimenti eius, sicut ros Hermon, qui descendit in montem Sion. *Ibid.*

Quoniam illic mandavit Dominus Benedictionem, & vitam usque in seculum. *Ibid.*

Secundum Benedictionem Aarona a populo tuo N. *Ecl. 36.*

Aperis tu manum tuam, & implebis omne animal benedictione. *Pf. 144.*

Te enim Domine Benedicente, Benedicta N.N. erit in aeternum. *1. Par. 17.*

Hic N. accipiet Benedictionem à Domino, & misericordiam à Deo salutari suo. *Pf. 23.*

Benedicat te Dominus ex Sion, qui fecit caelum, & terram. *Pf. 133.*

Benedicat tibi Dominus & custodiat te. *Num. 6.*

In quo quis benedictus est super terram, Benedicetur in Deo. *Isa. 65.*

Dicatur absolute.

EXorcizo te creatura N. in nomine Dei Patris & omnipotentis, & in nomine Iesu & Christi Filij eius, Domini nostri, & in virtute Spiritus sancti & ut fias N. exorcizatus ad effugandam omnem potestatem inimici, & ipsum inimicum eradicare, & explantare valeas, cum angelis suis apostaticis, per virtutem eiusdem Domini nostri Iesu Christi, qui venturus est iudicare vivos & mortuos, &c. *S. Ecl.*

O R A T I O.

O R E M V S.

DEVS, qui ad salutem humani generis in multis creaturis maxima sacramenta condidisti: Adesto propitius invocationibus nostris, & hinc N. Benedicendo, *vel benedicenda, preparato, vel preparata,* virtutem tuam benedictionis infunde; ut creatura tua mysteriis suis serviens, ad abigendos demones morbosque pellendos divinae gratiae sumat effectum; ut quicquid in domibus, vel in locis fidelium, vel quicumque hunc *vel hanc* N. super se habuerit, vel hoc N. quomodocumque usus fuerit, careat omni immunditia, liberetur à noxa, non illuc reficiat spiritus pestilens, non aeterea corrumpens. Discedant omnes insidiae lateris *Ab Eccl. 36.*

inimici; Et si quid est, quod aut incolumitati habitaculorum inuidet, aut quieti insidiatur, hoc N. adhibito, vel hæc N. adhibita, vel hu, N. N. adhibitis, effugiat, ✠ vt salubritas per invocationem tui sancti nominis expectata ab omnibus sit impugnationibus defensa. Per Christum Dominum nostrum. Resp. Amen.

Autor.
Ab Eccl.
clasia.
S. Eccles.

Verf. Nos & hæc N. N. tua dona, cum prole pia.
Resp. Benedicæ Dei genitrix virgo Maria.

O R A T I O.

DEVS inuictæ virtutis auctor, & insuperabilis impetij Rex, ac magnificus triumphator, qui aduersæ dominationis vires reprimis, qui inimici rugientis læuitiam superas, qui hostiles nequitias potenter expugnas: Te, Domine, trementes, & supplices deprecamur, ac petimus, vt hanc creaturam N. vel has creaturas N. & N. dignanter aspicias, benignus illustres, pietatis tuæ røre, sancti ✠ fices, vt vbicunq; posita, vel posita, fuerint, vel in quocunq; vsu adhibita, vel adhibita, fuerit, vel fuerint ad honorem nominis tui, per inuocationem ipsius sanctissimi nominis, omnis infestatio immundi spiritus abigatur, terrorque venenosi serpentis præcul pellatur, & præsentia sancti Spiritus nobis misericordiam tuam poscentibus vbiqu; adesse dignetur. Per Dominum nostrum Iesum Christum, &c.

✠ Amen.

Ioſ. 24. Per illum Benedixi vobis, dixit Dominus.

Eccles. 3. In Benedic ✠ tione Dei & ipse speraui.

Psal. 128 Benedic ✠ tio Domini super vos ✠ Benediximus ✠ vobis in nomine Domini.

Autor. *Aspergatur aqua benedicta, & postea dicas:*

Ephes. 1. Benedictus Deus, & Pater Domini nostri Iesu Christi, be✠nedi ✠ xit nos in omni Benedic ✠ tione Spirituali in caelestibus in Christo. ✠ Amen.

Tob. 7. Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob vobiscum sit ne & ipse impleat Benedic ✠ tionem suã in vobis. Amen.

ALIA BENEDICTIO

generalis, & breuis.

Psal. 123. Verf. Adiutorium nostrum in nomine Domini.

Respon. Qui fecit caelum, & terram.

V. Domine exaudi orationem meam.
 R. Et clamor meus ad te veniat.
 V. Dominus vobiscum.
 R. Et cum spiritu tuo.

*Psal. 101
Ruth. 2.*

O R A T I O.

O R E M V S.

Domine Iesu Christe, qui dignatus es benedicere *S. Eccles.*
 quinque panes in deserto.

Benedic t creaturam istam N. vt sit remedium salutare *Ab Ec-*
 generi humano, & presta per inuocationem sancti nomi- *clesia.*
 nis tui : vt quicumque eam adhibuerint corporis sanita-
 tem, & anime tutelam accipiant.

O R E M V S.

Immensam Clementiam tuam omnipotens aeterna *S. Eccles.*
 Deus humiliter imploramus, vt hanc creaturam N.
 quam in vsum generis humani tribuisti, Benedicere, &
 Sanctificare tua pietate digneris, vt sit omnibus eam
 adhibentibus salus mentis, & corporis; & vbicunque po-
 sita fuerit, locus ille careat omni immunditia, omni que
 impugnatione spiritalis nequitiae. Per Christum Domi-
 num nostrum, &c.

R. Amen.

B E N E D I C T I O

C A N D E L A R V M.

§. 22.



Domine Iesu Christe Fili Dei viui, *S. Eccles.*
 benedic Candelas istas, supplicationibus
 nostris inclinatus. Infunde eis Domine
 per virtutē sanctae Crucis Benedictionē
 ecclestem, vt qui eas ad repellendas
 tenebras, humano generi tribuisti, ta-
 lem Benedictionem signaculo Crucis accipiant vt qui-
 buscuque locis accense, siue posite fuerint, disce-
 dant principes tenebrarum, & coarrescant, & fu-
 giant pauidi cum omnibus ministris suis ab habitac-
 ionibus illis, vel locis, nec praesument capillos inquie-
 rare, aut molestare seruiens tibi omnipotenti Deo.

I V S G A

Qui vivis cum Deo Patre, & Spiritu sancto, in secula
seculorum.

Resp. Amen.

A spargatur aqua benedicta.

Apo. 7. **B**enedictio & claritas, & sapientia, & gratiarum actio,
honor, & virtus, & fortitudo Deo nostro in secula
seculorum. Amen.

B E N E D I C T I O

D O M V S.

§. 23.

*Quando iturus ad domum aliquam benedi-
cendam, primo in ipso itinere dicas:*

Pf. 5. **D**OMINUS deduc me in iustitia tua: propter inimicos
meos dirige in conspectu tuo viam meam.

Pf. 89. Respice in seruos tuos, & in opera tua, & dirige filios
eorum N.

Ibid. Et sit splendor Domini Dei nostri super nos, & opera
manuum nostrarum dirige super nos: & opus manuum
nostrarum dirige.

Qui

Pf. 66. Gentes in terra dirigis.

118. Gressus meos dirige.

Ibid. Utinam dirigantur viæ meæ ad custodiendas iustifica-
tiones tuas.

Et

Lnc. 1. Ad dirigendos pedes nostros in viam pacis.

In ingressu Domus dicas:

Lnc. 10. Pax huic Domui.

Deinde dicas ad habitantes in Domo illa:

Ibid. 24. Pax vobis. Gratia vobis, & pax à Deo Patre nostro, &
Domino Iesu Christo.

Rom. 1. Gratia vobis, & pax multiplicetur, & adimpleatur.

1. Pet. 1. Sit vobiscum gratia, misericordia, pax à Deo Patre, & à
Christo Iesu, filio Patris, in veritate, & charitate.

2. Pet. 1. Misericordia vobis, & pax; & charitas adimpleatur
charissimi.

In primo

In primo loco Domus legatur has

Lectio:

Lectio Libri Numeri.

IN diebus illis: Dixit Eleazar Sacerdes ad vi- Num. 31.
ros exercitus, qui pugnaverant: Hoc est pre-
ceptum legis, quod mandauit Dominus Moy-
si; Aurum, & argentum, & æs, & ferrum, & plum-
bum, & stannum, & omne quod potest transire per
flamas, igne purgabitur: Quicquid autem ignem
non potest sustinere aqua expiationis sanctificabitur.

*In alio loco Domus, & si plura fuerint loci, legatur
sequens Lectio, & diuidatur pro opportuni-
tate locorum & temporis.*

*Qua diuisiones fient ubi Signum
hoc & reperitur.*

Lectio Libri Leuit.

IN diebus illis: Locutus est Dominus ad Moysen, & Leu. 14.
Aaron, dicens: Cùm ingressi fueritis terram Chanaan,
quam ego dabo vobis in possessionem, si fuerit plaga
lepræ in ædibus, ibit cuius est domus, nuncians sacer-
doti, & dicet: Quasi plaga lepræ videtur mihi esse in do-
mo mea. At ille præcipiet vt efferant vniuersa de domo
priusquam ingrediatur eam, & videat vtrum leprosa sit,
ne immunda fiant omnia, quæ in domo sunt. Intrabit po-
sterea vt consideret lepram domus, & cùm viderit in parie-
tibus illius quasi valliculas pallore, siue rubore defor-
mes, & humiliores superficie reliqua, egredietur ostium
domus, & statim claudet illam septem diebus, Reuersus-
que die septimo considerabit eam si inuenerit creuisse
lepram, iurabit erui lapides, in quibus lepra est, & pro-

ueros extra ciuitatem, in locum immundum: domum autem ipsam radi intrinsecus per circuitum, & spargi puluerem rasuræ extra urbem in locum immundum, lapidesque alios reponi pro his, qui ablati fuerint, & luto alio limi domum. ¶ Sin autem postquam eruti sunt lapides, & puluis erasus, & alia terra lita, ingressus Sacerdos uiderit reuersam lepram, & parietes resperfos maculis, lepra est perseverans & immunda domus, quam statim destruent, & lapides eius ac ligna, atque uniuersum puluerem proicient extra oppidum, in locum immundum. ¶ Quod si introiens Sacerdos uiderit lepram non creuisse in domo postquam denuo lita fuerit; purificabit eam reddita sanitate: & in purificatione eius sumet duos passeris lignumque cedrinum, & vermiculum hyssopum, & immolato vno passere in vase fictili super aquas viuas, tollet lignum cedrinum, & hyssopum, & coccum, & passerem vnum, & tinget omnia in sanguine passeris immolati, atque in aquis uiuentibus, & asperget domum septies, purificabitque eam, tam in sanguine passeris, quam in aquis uiuentibus, & in passere uiuo, lignoque cedrino, & hyssopo atque vermiculo. ¶ Cumque dimiserit passerem auolare in agrum liberè, orabit pro domo, & iure mundabitur.

Ibid.

*Et pro opportunitate temporis, & loci legi poterunt etiam
Epistola, & Euang. post. §. 8. pag. 27.*

*Pergas ad principalem locum domus, ubi preparentur
aqua, sal, & aspererunt eam hyssopo, &
dicatur Lectio sequens.*

Lectio Libri Reg.

4. Reg. 2

IN diebus illis: Dixerunt viri qui habitabant in Iericho ad Eliseum: Ecce habitatio ciuitatis huius optima est, sicut in ipse Domine perspicias, sed aquæ pessimæ sunt, & terra sterilis. At ille ait: Afferte mihi vas nouum, & mitte in illud sal. Quod cum attulissent,

egressus

S A T A N A E.

egressus ad fontem aquarum, misit in illum Sal, & ait: Hæc dicit Dominus: Sanavi aquas has, & non erit ultra in eis mors, neque sterilitas. Sanatæ ergo sunt aquæ vsq; in diem hanc; iuxta verbum Elisæi, quod locutus est. Vers. Te autem Domine miserere nostri, &c.

*Dum dicit. Inuium S. Euangely &c. Signate
primò, deinde extende manum super
Aquam, Sal, Domum, & Ha-
bitantes.*

*Inuium sancti Euangely & secundum
Ioannem &.*

B. Gloria tibi Domine.



In principio erat Verbum, & Verbum Ioan. 1.
erat apud Deum, & Deus erat verbum.
Hoc erat in principio apud Deum. Om-
nia per ipsum facta sunt, & sine ipso fa-
ctum est nihil, quod factum est. In ipso
vita erat, & vita erat lux hominum, &
lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehende-
runt. Fuit homo missus à Deo, cui nomen erat Ioannes.
Hic venit in testimonium, vt testimonium perhiberet de
lumine, vt omnes crederent per illum. Non erat ille lux,
sed vt testimonium perhiberet de lumine. Erat lux vera,
quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc
mundum, in mundo erat, & mundus per ipsum factus
est, & mundus eum non cognouit. In propria venit, &
sui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt
eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt
in nomine eius. Qui non ex sanguinibus, neque ex vo-
luntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati
sunt. **ET VERBUM CARO FACTUM EST,**
& habitauit in nobis, & vidimus gloriam eius, gloriam
quæa vngenti à Patre, plenam gratiæ, & veritatis.

Dum dixis sequentia verba, signa te primo, postea extendens manum super Sal, Aquam, Domum, & Habitantes in ea cum Signo †.

Aus.

PER Evangelicam lectionem, det nobis Deus Pater, & unigenitus eius Filius Dominus noster Iesus Christus, & paraclitus Spiritus sanctus suam sanctam gratiam, & Benedictionem, Amen.

Vel sic:

Per Evangelicam lectionem, det omnibus Deus Pater, Filius, & Spiritus sanctus nobis † Salis, & Aquæ, † ac huic Domui, *Signa in quatuor partibus loci. ††††.* suam sanctam gratiam, & Benedictionem, Amen.

Ordo ad faciendam Aquam benedictam.

Psalm. 123.

✠. Aditorium nostrum in nomine Domini.

R. Qui fecit Cælum & terram.

S. Eccles.

EXORCIZO te creatura Salis per Deum † vivum, per Deum † verum, per Deum † sanctum, per Deum qui te per Eliseum Prophetam in aquam mitti iussit, ut sanaretur sterilitas aquæ, ut efficiaris sal exorcizatum in salutem credentium, ut sis omnibus sumentibus te sanitas animæ & corporis: & effugiat, atque discedat à loco, in quo aspersum fuerit omnis phantasia, & nequitia, vel versutia diabolicæ fraudis, omnisque spiritus immundus adiuratus. Per eum, qui venturus est iudicare vivos, & mortuos, & sæculum per ignem. Resp. Amen.

ORATIO.

Immensam clementiam tuam, omnipotens æterne Deus, humiliter imploramus, ut hanc creaturam Salis, quam in usum generis humani tribuisti benediceris, & sanctificares tua pietate digneris, ut sit omnibus sumentibus salus mentis, corporis: & quicquid ex eo ta-

tum.

quam, vel respectum fuerit, creat omni immunditia, omni-
 que impugnatione spiritualis acquirat. Per Dominum
 nostrum, &c.

Exorcismus Aqua.

Exorcize te creatura aquæ in nomine Dei ✠ Patri
 omnipotentis, & in nomine Iesu ✠ Christi Filij eius, Do-
 mini nostri, & in virtute Spiritus ✠ sancti, vt has aqua
 exorcizata ad effugandam omnem potentiam inimici, &
 ipsum inimicum eradicare, & explantare valeat, cum an-
 gelis suis apostolicis, per virtutem eiusdem Domini no-
 stri Iesu Christi, qui venturus est iudicare vivos, & mor-
 tuos, & seculum per ignem. Resp. Amen.

ORATIO.

DE V S, qui ad salutem humani generis maxima quæ-
 que sacramenta in aquarum substantia condidisti,
 adesto propitius inuocationibus nostris, & elemento huic
 multimodis purificationibus præparato, virtutem tuam
 benedic ✠ tionis infunde, vt creatura tua mysteris tuis
 seruiens, ad abigendos demones morbosque pellendos,
 diuina gratia sumat effectum, vt quicquid in domibus,
 vel in locis fidelium hæc vnda respenderit, careat omni
 immunditia, liberetur à noxa & non illic resideat spiritus
 pestilens, non aurore corrupteas, discedant omnes in-
 fidie latentis inimici, & si quid est quod aut incolami-
 tati habitantium inuideret, aut quieti, aspersione huius a-
 quæ effugiat, vt salubritas per inuocationem sancti tui
 nominis experita, ab omnibus sit impugnationibus de-
 fensa. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

Hic misce Sal in Aquam in modum

Crocis, dicendo semel.

Comistis Salis, & Aquæ pariter fiat. In nomine
 Patris, & Filij, & Spiritus ✠ sancti. Resp. Amen.

v. Dominus vobiscum.

ii. Et cum spiritu tuo.

O R A T I O.

DEVS inuictæ virtutis auctor, & insuperabilis imperij Rex, ac semper magnificus triumphator, qui aduersæ dominationis vires imprimis, qui inimici rugientis sauitiam superas, qui hostiles nequitas potenter expugnâs; te, Domine, trementes, & supplices deprecantur; vt hanc creaturam Salis, & Aquæ dignanter aspicias, benignus illustres ✠ & pietatis tuæ rore sanctifices. ✠, vt vbicunq; fuerit aspersa, per inuocationem sancti tui nominis, omnis infestatio immundi spiritus abigatur, errorque venenosi serpentis procul pellatur, & presentia sancti Spiritus nobis misericordiam tuam poscentibus, vbique adesse dignetur. Per Dominum nostrum, &c.

E X H O R T A T I O.

Sedeat Exorcista, & conuocatis habitatoribus Domus dicat:

Gen. 25.

IN diebus illis: Iacob conuocata omni domo sua, ait: Abiicite Deos alienos, qui in medio vestri sunt, & mutamini, ac mutate vestimenta vestra.

Sic enim &

I. Mat.

Simon mandauit ædes, in quibus fuerant simulachra, & eam intrauit in eam cum Hymnis & Canticis.

12.

Mat. 1.

Lauantia, mundi estote: auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis: quiescite agere peruersè, discite benefacere, quærite iudicium, subuenite oppresso, iudicate pupillo, defendite viduam, & venite, & arguite me, dicit Dominus; Si fuerint peccata vestra vt coccinum, quasi nix dealbabitur: & si fuerint rabra quasi vermiculus, velut lana alba erunt.

2. Pet. 1.

Si confiteamur peccata nostra fidelis est Deus, & iustus, vt remittat nobis peccata, & emundet nos ab omni iniquitate.

Mat. 23.

Dicit enim Saluator noster,

Munda prius quod intus est Calicis, & paropfidis, vt fiat & illud quod deforis est mundum.

Fiat exhortatio ad Patrem fam. & ad reliquos, vtilitatisque verbis de infra scriptis rebus,

& de aliis opportunis.

Primo

Primò, Vt doleat de peccatis præteritis.

Secundò, Vt proponat emendationem.

Tertio, Vt satisfaciat proximo, si quoquo modo offendit.

Quartò, Vt qui aliquid ab eo passi sunt, remittat offensam.

Quintò, Vt ipsemet pro se ornet, & præcentur Deum.

U p t. Max. pro illis à quibus iniuriam acceperunt.

Sextò, Vt de his, & similibus filios hortentur, & moneant.

*Postea surgat Exorcista, & capite detecto,
dicat sequentia.*



BENEDIXIT Dominus domui Egyptij pro- Gen. 39.
pter Ioseph, & multiplicauit tam in ædi-
bus, quam in agris, cunctam eius sub-
stantiam.

Reuersus est Dauid, vt benediceret domui 2. Reg. 8.

sua. Domine,

Ab occultis meis munda me, & ab alienis parce seruo Psal. 18.
tuo.

Deus in loco sancto suo, Deus qui inhabitare facit vnus Psal. 67.
moris in domo.

Qui habitare facit sterilem in domo, matrem filiorum Psal. 112.
letantem.

Hæc dicit Dominus: Effundam spiritum meum super Isa. 44.
semen tuum, & Benedic t uionem meam super stir-
pem tuam.

Egestas à Domino in domo impij, habitacula autem Psal. 3.
iniquorum Benedic t centur. Ipse deludet illos oves, &
mansuetis dabit gratiam.

Domine,

Benedic t rione tua, Benedic t centur domus serui tui. 2. Reg. 7.

Qui dixisti:

Effundam super vos aquam mundam, & mundabimini Ezech. 36.
ab omnibus idolis vestris, mundabo vos.

Tace ergo, & Bene t dic domui serui tui N. 2. Reg. 7.

Non nobis Domine, nõ nobis, sed nomini tuo da gloriã. Psal. 113.

Super misericordia tua, & veritate tua, ne quando di- Ibid.
cant gentes, Vbi est Deus eorum?

Deus autem noster in celo, omnia quæcumque voluit, Ibid.
fecit.

Qui timent Dominum sperauerunt in Domine adiutor Ibid.
eorum, & protector eorum est.

Ibid. Nisi Dominus edificauerit domum, in vanum laborauerunt qui edificauerunt eam.

Nisi Dominus custodierit ciuitatem, frustra vigilar, qui custodit eam.

Vanum est vobis ante lucem surgere: surgite postquam sederitis qui manducatis panem doloris.

Ibid. Cum dederit dilectis suis somnum, ecce hereditas Domini, filij merces, fructus ventris.

Ibid. Sicut sagittæ in manu potentis ita filij excussorum.

Ibid. Beatus vir, qui impleuit desiderium suum ex ipsis: non confundetur, cum loquetur inimicis suis in porta.

Benedictio.

Psalm. Vers. Adiuutorium nostrum in nomine Domini.

Resp. Qui fecit cælum, &c. *vt supra.*

O R A T I O.

S. Esdras.



DE Deum Patrem omnipotentem suppliciter exoramus pro hac domo, & pro eius habitatoribus, ac rebus; vt eam Benedicere, & Sanctificare, ac bonis omnibus amplificare digneris. Tribue eis Domine de rose cæli abundantiam, & de pinguedine terræ vitæ substantiam & desideria voti eorum ad effectum tuæ miserationis perducas. Ad introitum ergo nostrum Benedicere, & Sanctificare digneris hanc domum, sicut benedicere dignatus es domum Abrahami, Isaac, & Iacob & intra parietes domus istius, Angelorum lucis inhabitare, eamque, & eius habitatores custodiant. Per Christum Dominum nostrum. Resp. Amen.

Alia Benedictio.

S. Esdras.

BEne fidei Dominus Deus omnipotens locum istum: vt sit in eo Sauietas, Castitas, Victoria, Virtus, Humilitas, Bonitas, & Mansuetudo; Plenitudo legis, & gratiarum actio, Deo Patri, & Filio, & Spiritui sancto: & hæc Bene fidei maneat super hunc locum; & super habitantes in eo. Per Christum, &c.

Benedictio

Benedictio Thalami.

Benedic Domine Thalamum hunc, & omnes habitantes in eo in tua pace constant, & in tua voluntate permaneant, & senescant, & multiplicentur in longitudine dierum. Per Christum Dominum nostrum.
Resp. Amen.

Verf. Benedicite aquæ omnes, quæ super cælos sunt, Domino.

Resp. Et aquæ omnes quæ super cælos sunt laudent nomen Domini.

Dan.

Psal. 148

Sumat Exorcista partem Aquæ benedictæ, & tradat custodiendam in usum domus, & dum accipit Aquam, dicat:

Assumet Aquam sanctam in vase sicili.

Num. 5.

Dum porrigit Aquam, dicat:

In custodiam, & in aquam asperfusionis.

Num. 19

Accipiat Aspersorium, & mingat in aquam, & dicat:

Domus

Aspergatur ex hac aqua.

Et aspergat dicendo:

Aspergatur aqua lustrationis.

Num. 19

Num. 8.

Aspergat de aqua omnia loca domus: postea incendatur incensum prius sequenti benedictione benedictum, in omnibus locis domus, maxime vero in illis, ubi magis videbitur expedire.

Benedictio Incens.

Domine Deus omnipotens, cui astat exercitus Angelorum cum tremore, eorum seruitium spirituale & ignem esse cognoscitur, digne respicere, Benedicere, & Sanctificare hæc creaturam incensæ, ut omnes languores, omnesque infirmitates, eundemque insidias inimici, eius odorem, sentientes effugant, & si-

Pentec.
Rom.

patentis

parentur à plasmate tuo, & ab hac habitatione, vt nunquam lædatur à morfu antiqui serpentis, quod pretioso Filij tui sanguine redemisti. Qui tecum, & cum Spiritu sancto, viuit & regnat Deus, per omnia secula seculorum. Resp. Amen.

Sequitur Aspergio.

*Pro qualitate domus addi possunt versiculi
ex Psal. 50. hoc modo diuini
aspergis, dicas:*

Psal. 50. Asperges me Domine hyssopo, & mundabor: lauabis me & super niuem dealbabor.

Ibid. Amplius laua me ab iniquitate mea, & à peccato meo munda me.

Ibid. Miserere mei Deus secundùm magnam misericordiam tuam.

Asperges, repetatur.

Ibid. Et secundum multitudinem miserationum tuarum, dele iniquitatem meam.

Amplius repetitur.

Psal. 50. Quoniam iniquitatem meam ego cognosco, & peccatum meum contra me est semper.

Asperges, repetatur.

*Et sic sequere donec perficiatur aspergio
hoc ordine.*

*Poteris etiam recitare aliquos versus ex illis, qui
positi sunt §. 11. fol. 35.*

*Preparetur Crux una ponenda in principali loco
domus, vel plures si placet, & ponantur in habita-
tionibus: forma autem Crucis sit vt infra, qua bene-
dicatur hoc modo.*

Letitio Libri Regum.

1. Reg. 6.



ABITAVIT arca Domini in domo Obedom Getzi tribus mensibus: & benedixit Dominus Obedom, & omnem domum eius. Nunciatumque est Regi Dauid, quod benedixisset Dominus Obedom, & omnia eius propter arcam

Dei Dixitque David: Ibo & reducam aream eam benedictione in domum meam.

Verbum Crucis pereuntibus quidem stulticia est, iis autem qui salui sunt, id est nobis, Dei virtus est. *1. Cor. 1.*

Domine.

Fac mecum signum in bonum, ut videant qui oderunt me, & confundantur; quoniam tu Domine adiunxisti me, & consolatus es me. *Psal. 87.*

Verf. Adiutorium nostrum in nomine Domini.

Psal. 124.

R. Qui fecit cœlum & terram.

V. Domine exaudi orationem meam.

Psal. 101.

R. Et clamor meus ad te veniat.

Verf. Dominus vobiscum.

Luth. 1.

Resp. Et cum spirita tuo.

O R E M V S.

Bene ꝑ die Domine hanc crucem tuam, per quam eripuisti mundum à potestate demonum, & superasti passionem tua suggestorem peccati, qui gaudebat in pravariatione primi hominis peruetiti ligni sumptionem; Qui cum Deo Patre, & Spiritu sancto vivis, & regnas in sæcula sæculorum. Resp. Amen. *Festif. Rom.*

Alia Oratio.

Oremus.

Rogamus te Domine sancte Pater omnipotens sempiternæ Deus. Ut digneris Bene ꝑ dicere hoc lignum, *Ibidem.*
vel signum, si fuerit in charta, Crucis tuæ, ut sit remedium salutare generi humano: sit soliditas fidei, bonorum operum profectus, & redemptio animarum: sit solamen, & protectio, ac tutela contra sæva iacula inimicorum: Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum vivit, & regnat in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum.

Resp. Amen.

Alia Oratio.

Oremus.

Deus, qui beatæ Crucis patibulum, quod prius erat, *Ibid.*
discleratis ad poenam conuertisti, redemptis ad vitam, concede plebi meæ, eius vallari præsidio, cuius est armata

anata vexillo. Sic ei Crux fidei fundamentum, spei sur-
 fragium, in aduersis defensio, in prosperis adiuuamen-
 tum. Et ei in hostes victoria, in ciuitate custodia, in campis
 protectio, in domo futura, vt per eam pastor in futuro
 gregem conseruet incolumen, quæ nobis agnoscendo vin-
 cente et conuersa est in salutem. Per eundem Dominum
 nostrum, &c.

Accipo Crucem, & dic.

Gal. 6. Miki autem absit gloriari, nisi in Cruce Domini nostri
 Iesu Christi.

*Reponat Exorcista Crucem in loco con-
 uenienti, & dicat:*

Agg. 1. Ponam te quasi signaculum.

Postea dicat,

Sap. 16. Signum habentes salutis, ad commemorationem.

Sicut

Num. 22 Fecit Moyses serpentem æneum, & posuit eum pro signo,
 quem cum percussis respicerent, sanabantur.

Aspergatur Crux Aqua benedicta.

S. Eccles. *V.* Per signum Crucis de inimicis nostris.
R. Libera nos Deus noster.

Oremus.

S. Eccles. **E**Xaudi nos Domine sancte Pater omnipotens et
Autor. **E**ne Deus; & mittere digneris sanctam Angelam tuam
Autor. de caelis qui (extende manum, & fac Cruces per quatuor
 partes in modum Crucis) Custodiat, foueat, Protegat, &
 Visitet (Fac signum Crucis versus Cælum, deinde versus
 partem) atque defendat omnes habitantes in
 hoc habitaculo. Per Christum Deum filium nostrum.
R. Amen.

I . N . R . I .

VICIT LEOPH
 DE TRIBU IUDA RADIX DAVID.

Apoc. 5.

EVGITE PAR-

TES ADVERSÆ

*Forma Crucis ponenda in Domibus, in cuius
 medio includatur cera Agni, vel
 Paschalis Cerei.*

S. CRVCIS ADORATIO

ANTIPHONA.

ADORAMVS te Chrifte, & benedicimus tibi, quia
per Crucem tuam redemisti mundum.

V. Omnis terra adoret te Deus, & psallat tibi.

R. Psalmum dicat nomini tuo Domine.

Oratio. OREMVS.

Ab Ec-
clesia.

Adesto nobis Domine Deus noster, & quos sanctæ
Crucis lætari fecisti honore, eius quoque perpe-
rnis defende subsidiis. Per Dominum nostrum, &c.

*Antequam Exorcista discedat à domo, quam be-
nedixit, conuocato domino domus, & vniuersa familia,
quæ commodè adesse potest, dicat sequentes Psal. In
quorum primo inuitantur omnes ad Deum laudan-
dum; in secundo enumerantur bona, quæ Deus confert
timentibus se, ut homo disponat se, & omnia sua ad Dei
timorem, & amorem: ideo vulgaribus verbis euul-
garizandi sunt, pro captu illorum ad quos fit sermo.*

Psal. 133.

ECce nunc benedicite Dominum omnes serui Do-
mini.

Qui statis in domo Domini, in atrijs domus Dei nostri.
In noctibus extollite manus vestras in sancta: & bened-
dicite Dominum.

Benedicatur tibi N. Dominus ex Sion, qui fecit cælum
& terram.

Psalm. 127.

BEati omnes, qui timent Dominum, qui ambulant in
vijs eius.

Labores manuum tuarum quia manducabis; beatus es,
& bene tibi erit.

Vxor tua sicut vitis abundans in lateribus domus tuæ.

Filij tui sicut nouellæ oliuarum, in circuitu mensæ tuæ.

Ecce

Ecce sic Benedicetur homo qui timet Dominum.
Benedicat tibi Dominus ex Sion, & videas bona Ierusalem
omnibus diebus vitæ tuæ.

Et videas filios filiorum tuorum, pacem super Israël.

*Hos Psalmos si volueris breuiter, & iuxta sensum vulgari-
bus verbis recitare, traduxi, quos deuotè, &
attentè legito, & absque alia sermocina-
tione absolues.*

Eccovi carissimi, in quanti modi sete inuitati a bene-
dire, & render gratie al Signore.

Tanto più voi, che hauete particolari doni dal supremo
Iddio nel Christianesimo, ò nella santa chiesa.

Di giorno salamente? non già: ma leuateni ancora su la
mezza notte, & in segno di gratitudine, alzate le ma-
ni, e benedite, e lodate il Signore.

Quale scambievolmente, dalla celeste Sion v'essandirà,
& come fece col cielo, & con la terra, quale lui creò,
vi Benedirà.

Salmo 27.

DOnde ne auerrà, che quelli, che di cuore temendo
Iddio, e dimostrandolo: consegnì nell'osservan-
za della sua santa legge, saran beati.

E non solo aspetterà Iddio, di darti il premio dopò la
morte, qual è senza paragone, mà cominciando quà
giù in terra (quando vederà esser ispediente) farà che
le tue fatiche non sian vane, ne ti mancaranno le cose
necessarie.

La tua moglie se per sorte fosse sterile, sarà feconda nella
casa tua, à modo de' pampini, che crescono, e multipli-
cano sorgendo dalle viti.

Et acciò sia maggio il premio, vedrai intorno alla tua
mensa, i tuoi figliuoli, in quell'istesso modo, che sor-
gendo le nouelle oliue, circondando, fanno corona a
genitori.

Vedi adunque come sono benedette l'opre di quelli, che
temono Iddio?

Iddio dunque dal cielo ti dia la sua beneditione, & ti
dij la consolatione promessa à Gerusalemme, sia che
vixerai.

In modo che per il longo viuere, vedi i figliuoli de tuoi figliuoli, e la pace d'Israel in te s'adempì ancora.

V S V S S T O L A E
DE MODO LIGANDIS TO-
lam ad collum patientis.

§ 24.

Prepara Stolam, & quando tibi expedire videbitur sedens dicas:

Lectio Libri Apoc.

Apoc. 12



A C T V M est praelium magnum in caelo: Michael, & Angeli eius praeliabantur cum dracone, & draco pugnabat, & angeli eius & non valuerunt; neque locus inuentus est eorum amplius in caelo. Et proiectus est serpens antiquus, qui vocatur diabolus, & satanas, qui seducit vniuersum orbem: & proiectus est in terram, & angeli eius cum illo missi sunt. Et vidi de ore draconis & de ore bestiae, & de ore pseudoprophetae spiritus tres immundos in modum ranarum; sunt enim spiritus daemoniorum facientes signa. Et vidi angelam descendente de caelo habentem clauem abyssi, & catenam magnam.

Ibid. 16.

Accipe stolam in manu tua.

In manu sua: & apprehendit draconem serpentem antiquum, pone Stolam ad collum oppressi: & ligauit eum, forma Stolam sub guttate oppressi versus pedes in modum Crucis, per annos mille, & misit eum in abyssum, & clausit, & signauit super illum, vt non seducat amplius gentes, donec consummentur mille anni. Et post haec oportet illum solui modico tempore. Et diabolus missus est in stagnum ignis & sulphuris, vbi & bestia, & pseudo prophetae cruciabantur die, ac nocte in saecula saeculorum.

Ruth. 2.

¶ Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

Lectio S. Euangelij secundum Mattheum.

In illo tempore dixit Iesus ad Phariseos: Quomodo potest quisquam intrare in domum fortis, & vasa eius diripere, nisi prius allegauerit fortem? & tunc domum eius eripiet. *Mat. 12.*

2. Lans tibi Christe.

Inuenti sunt in populo impij insidiantes, quasi aucupes laqueos ponentes, & pedicatas, ad capiendos homines sicut decipula plena auibus, sic domus eorum plena dolo. *Ier. 6.*

Ait Dominus exercituum: Affixi te, & non affligam te ultra, & nunc conteram virgam eius in dorso tuo, & vincula tua dirumpam. *Nauis. 1.*

Conteram virgam eius de collo tuo, & vincula eius dirumpam, & non dominabuntur ei amplius alieni. *Ier. 30.*

Dicit Dominus: Ego dedi te in lucem gentium, vt aperires oculos cæcorum, & educeres de conclaſione vincitum, de domo carceris, sedentes in tenebris; ego Dominus. Hoc est nomen meum: Gloriam meam alteri non dabo: & laudem meam sculpilibus. *Iſai. 42.*

Accipe Stulam, & dic:

Stulam gloriæ indues N. & coronam gratulationis superpones tibi. *Ecd. 1.*

Facias sub gutture tres modos, & dicas:

Vincula illius N. alligatura salutaris. In nomine Patris, † & Filij † & Spiritus sancti † Amen. *Ibid.*

Quia

Funiculus triplex difficilè rumpitur. *Ecc. 4.*

Accipiat patiens de manu Exorcista utramque Stole portem extremam, alteram dextera, alteram sinistra manu, postea dicat:

Funiculus lincus, in manu eius.
Et cernat eum pro sign.

Eccl. 40.

Mat. 12.

Hic inuebendum contra spiritus, & cooperantes.

Prov. 6. **I**niquitates sue capiunt impium, & funibus peccatorum suorum constringetur.

Iob. 18. Arrestabuntur gressus virtutis eius, & præcipitabit eum consilium suum.

Ibid. Immisit in rete pedes suos, & in maculis eius ambulare tenebitur: plasta eius Laqueo, & exardescet contra eum sui.

Eccle. 27 Qui in altum mittit lapidem, super caput eius cadet, & plaga dolosa dolosi inuidet vulnera.

Ibid. Et qui foueam fodit, incidet in eam: & qui statuit lapidem proximo, offendet in eo: & qui laqueum alij ponit, peribit in illo.

Ibid. Facienti nequissimum consilium, super ipsum deuoluetur, & non agnoscat unde adueniat illi.

Ibid. Laqueo peribunt qui oblectantur casu iustorum.

Eccle. 9. Sicut pisces capiuntur hamo, & sicut aues laqueo comprehenduntur, sic capientur homines in tempore malo, cum eis extemplo superuenerit.

Isai. 12. Cuncti principes tui fugerunt simul duræque ligati sunt: omnes qui inuenti sunt iuncti sunt pariter.

Sap. 17. Vni eam catena tenebrarum omnes erant ligati.

Ipsi. 6. Ut vident, & cadant retrorsum, & conterantur, & illaqueentur, & capiantur. **¶** Dixistis enim, Percussimus fœdus cum morte, & cum inferno fecimus pactum.

Ibid. Flagellum inundans cum tranierit non veiet super nos.

Ibid. **¶** Idcirco hæc dicit Dominus Deus: delebitur fœdus vestrum cum morte, & pactum vestrum cum inferno non stabit. Flagellum inundans cum tranierit, eritis ei in conculcationem.

Ita composita Stola legas Exorcismos, qui tibi expedire videbuntur, sine autem legendi impositio sic Stolam soluas prout inferius disponitur & est legendi finis.

Solutio Stola.

Isa. 39. **¶** Quis dimisit Onagram liberum? & vincula eius quis soluit?

Quis

Quis educit vinctos in fortitudine?

Et eduxit eos de tenebris?

Et Qui ligat aquas in nubibus.

Domine,

Quid est homo, quod memor es eius, aut filius hominis, quoniam visitas eum? *Pf. 8.*

Quid est homo, quia magnificas eum: aut quid apponis erga eum cor tuum. *Iob.*

Minuisti eum paulominus ab angelis; gloria, & honore coronasti eum, & constituisti eum super opera manuum tuarum. *Pf. 8.*

Omnia subiecisti sub pedibus eius: oves, & boves universas in super, & pecora campi. *Ibid.*

Volucres caeli, & pisces maris, qui perambulant semitas maris. *Ibid.*

Qui dixisti discipulis,

Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit. *Luc. 10.*

Et

Quaecumque alligaueritis super terram, erunt ligata & in caelo; & quaecumque solueritis super terram, erunt soluta & in caelo. *Mat. 18.*

Et iterum:

Soluite, & adducite. *Mat. 21.*

ORATIO.



Quisque B. Petrum à vinculis absolutum illæsum abire fecisti, famuli tui N. vincula, solue nodos sola, & deponere, absolue & eum ipsa meritis illæsum abire concede. Per Christum Dominum nostrum.

Et Amen.

Leslio Isaia Propheeta.

Hæc dicit Dominus: In tempore placito exaudivi te, & in die salutis auxiliatus sum tui: & servavi te, & dedi te in fœdus populi, ut suscitares terram, & pos-

si decres hereditates dissiparas: vt diceret, qui vincti sunt
 EXITU, & his qui in tenebris, REVELAMINI.

*Sedens capite cooperio dicat ad Demones, &
 cooperantes, suam imponens.*

Ysa. 24.

Formido, & fouca, & laqueus super te; qui fugerit à
 voce formidinis, cadet in foucam, & qui se explicauerit
 de fouca, tenebitur laqueo. Et congregabuntur in
 congregatione vnus fascis in lacum, & claudentur tibi
 in carcere.

Odientes eum in

F V G A M Conuertam.

P. Gal. 88.

Mat. 23.

Quaecunque dixerint vobis, seruate, & facite.
 Propterea.

Act. 16.

Sto iudicio subiectus.

F I N I S.

INDEX

**INDEX RERVM IN
HOC LIBELLO
contentarum.**

*Primus numerus §. secundus vero
fol. designat.*

A

A	DMONITIO ad Exorcistas.	§. 12. f. 39.	
	<i>Aqua benedictio iuxta ritum sancta Rom. Escl.</i>	§. 23. fol. 96.	
	<i>Aquam benedictam, aspergendi modus.</i>	§. 23. f. 101	
	<i>Authoritatis exorcista expositio.</i>	10. 34	
	Sub titulo Præparatio Exorcista.		
	<i>Auxilium petitur à Deo.</i>	5. 19	
	<i>Auxilium petitur cum potestate.</i>	10. 42	
Benedictio	{	<i>Aqua iuxta ritum S. R. E.</i>	53. 96
		<i>Candelarum.</i>	21. 91
		<i>Crucis.</i>	23. 102
		<i>Domus longa.</i>	23. 92
		<i>Brevis.</i>	23. 100
		<i>Generalis ad quacunque.</i>	21. 86
		<i>Ignis.</i>	118. 87. 90
		<i>Incensi.</i>	23. 102
		<i>Suffumigationis.</i>	18. 87
		<i>Thalami.</i>	23. 100

B

B	<i>ona à Deo obtenta enumerantur.</i>	14. 96
----------	---------------------------------------	--------

C

C	<i>Ananea Evangelium.</i>	1. 10
	<i>Causa, propter quas hic liber est collectus, & impressus.</i>	fol. 3
	<i>Comburendi instrumenta maleficialia modus.</i>	18. 87
	<i>Combustio imaginis diaboli, & malefici.</i>	20. 86
	<i>Conservanda sanitatis depressatio.</i>	16. 84
	<i>Crucis signi & præparatio.</i>	1. 9
	<i>Crucis benedictio.</i>	23. 102
	<i>Crucis penesda in domibus forma.</i>	ibid.

INDEX.

<i>Crucis forma.</i>		23.105
D <i>labolica insidia multa.</i>		3.4.15.17
D <i>Diabolis ac eorum ministris mala evenient.</i>		9.29
<i>Diaboli nomina varia.</i>		20.84
<i>Diaboli imaginis combustio.</i>		20.86
<i>Dimissio liberati.</i>		17. ibid.
E <i>Pistola dedicatoria.</i>	EU	3
	F	
F <i>Inis impositio; ibi Pro eo quod.</i>		12.49
F <i>Finis impositio, & dimissio.</i>		17.86
	G	
G <i>Gratiarum actionis praludium;</i>		14.46
G <i>Gratiarum actiones.</i>		15.48
	H	
H <i>Oratio ad patremfamilias.</i>		23.98
	I	
I <i>Maginis diaboli combustio.</i>		20.86
I <i>Imprecatio in damones.</i>		11.35
<i>Inimicorum insidia verbo insidia.</i>		
<i>Inimicis qua mala evenient.</i>		9.29
<i>Insidia diabolica multa.</i>		3.4.15.17
<i>Instrumentorum maleficorum combustio.</i>		18.87
	M	
M <i>Ala, qua inimicis evenient.</i>		9.29
M <i>Mala, qua inimici operantur.</i>		3.4.15.17
<i>Maleficorum instrumentorum combustio.</i>		18.87
<i>Malefici nominis combustio.</i>		20.84
<i>Malefici imaginis combustio.</i>		20.86
	N	
N <i>Ecessitatis expositio.</i>		1.12
N <i>Nominis diaboli combustio.</i>		20.84
<i>Nomina varia diaboli attributa.</i>		20.84
	P	
P <i>Peccatorum venia petitur.</i>		1.9
P <i>Preceptum diaboli faciendum.</i>		12.40
<i>Preparatio Exorciste.</i>		10.32
<i>Protestatio; ibi finis impositio.</i>		12.43
	S	
S <i>Aniatis obtenta conservanda deprecatio.</i>		16.84
		Solutio

INDEX.

Solatio malefactorum.	13. 47
Stola rufus.	24. 108
Suffumigatio oppressorum.	19. 93
Suffumigationis benedictio.	28. 87

INDEX SECVNDVS Qui est Euangeliorum.

C

Convocatis Iesus duodecim Apostolis.	5. 19
Cum fortis armatus custodit atrium.	8. 26
Cum immundus spiritus exierit.	5. 15
Cum ingrederetur Iesus quoddam Castellum.	15. 48
Cum recumberet Iesus cum duobus discipulis, qui ibant in Emas.	20. 83

D

Dixit Iesus ad illos, qui surdum, & mutum sanandum ab-
tulerunt.

E

Ego dedi ei sermonem meum.	16. 34
Egressus Iesus secessit in partes Tyri.	1. 10
Erat Iesus eiciens demonium.	6. 13
Exiens Iesus de finibus Tyri	13. 49

I

IN principio erat Verbum.
 23. 95 |

P

Petite, & dabitur vobis.	7. 25
Prateriens Iesus vidit hominem cecum à nativitate.	2. 12

R

Recumbentibus undecim discipulis.	10. 33
Respondens unus de turba dixit, Magister attali filius meus.	12. 40
Reversi sunt Septuaginta duo.	11. 35

S

Sicut colligitur Lizania.	18. 89
Si mundus vos odit, Scitote.	4. 18
Surgens Iesus de Synagoga.	9. 26

INDEX TERTIVS

Qui est Lectionum.

A	
A	Electus Deus, dicit Ecclesiastes. 10. 33.
	Apprehensa est bestia. 20. 86
B	
B	Benedictus Deus, & Pater Domini nostri Iesu Christi. 15. 48.
C	
C	Creavit Deus hominem ad imag. 21. 87
D	
D	Deus omnis gratia, qui vocavit. 16. 84
	Dixerunt viri, qui habitant Ierico ad Eliseum. 83. 94
	Dixit Angelus Raphael Tempus est. 14. 46
	Dicit Eleazar Sacerdos. 23. 93
F	
F	Factum est euntibus nobis. 12. 40
	Fratres adhaeremus cum fiducia. 7. 26.
H	
H	Hec dicit Dominus exercituum. 11. 35
	Hoc scio à principio, ex quo. 9. 29
I	
I	Ingressi Moyses, & Aaron. 13. 19
L	
L	Locutus est Dominus ad Moysen. 23. 93
M	
M	Miserere nostri Deus omnium. 1. 9
N	
N	Negantes te nosse impij. 18. 87
	Nunquam tolletur à forti prada. 8. 28
O	
O	Oras de fertimaris. 1. 12
	Oravit Mardochaeus. 3. 15
	Oravit Sara filia Raguelis. 5. 19
P	
P	Profectus est Tobias. 18. 90
Q	
Q	Quidam die cum venissent filij Dei. 4. 17
	Quomodo cecidisti de caelo Lucifer. 6. 23

INDEX.

INDEX ORATIONVM

Qui est quartus.

C	C		
C onfitebor tibi Domine Rex.		13.	82.
D	D		
D A quasumus omnipotens Deus ut hic fam. 4.		19.	
Infermitatis humana singulare praesidium.	7.	22.	
Deus, qui B. Petro Apostolo tuo collatis clauibus.	13.	48.	
Deus, qui B. Petrum à Vinculis absolutum.	9.	32.	
Deus, qui hunc famulum tuum N.	3.	17.	
Deus, qui diligentibus te bona inuisibilia praeparasti.	42.	25.	
Deus refugium nostrum, & virtus.	3.	35.	
I	I		
I neffabilem misericordiam tuam.	1.	18.	
Interuenientibus Domine S. M. V. matre tua, & omnibus Sanctis.	10.	31.	
M	M		
M agnus es Domine in aeternum.	14.	49.	
O	O		
O mnipotens sempiternus Deus,	14.	48.	
P	P		
P roces famuli tui N. quasumus Domine.	2.	14.	
Q	Q		
Q uasumus omnipotens Deus famulum tuum.	16.	80.	
S	S		
S ana me Domine, & sanabor.	11.	29.	

FINIS.